

Primera edición: Valencia, 1937.  
Segunda edición, aumentada y corregida: México, 1941.

---

Queda hecho el depósito  
que marca la ley.  
Copyright by La Casa de  
España en México.

---

Impreso y hecho en México.  
Printed and made in Mexico  
por  
FONDO DE CULTURA ECONOMICA.  
Pánuco, G3.

# Antología Latina

por

**AGUSTIN MILLARES CARLO**

Catedrático de Paleografía y Latín medioeval en la Universidad de Madrid.

Miembro del Colegio de México

**TOMO I**

**Prosistas**

**Primera parte**



**LA CASA DE ESPAÑA EN MEXICO**

## PROLOGO.

*En el invierno de 1937 publicamos en Valencia (Imprenta de Ricardo Noguera), la primera edición de una parte de esta ANTOLOGÍA LATINA, que sale ahora al público por inmerecida benevolencia del Patronato de la Casa de España en México.*

*Comprendía aquella edición las cuatro primeras secciones incluidas también en ésta: 1. Narraciones completas, fáciles y graduadas, tomadas del excelente A Latin Rapid Course, de Walter Ripman y M. Vivian Hughes (London & Toronto, J. M. Dent & Sons, 1929). 2. Cuatro capítulos del tratado De viris illustribus urbis Romae, compilado por Charles François Lhomond (1727-1794) "in usum scholarum", con materiales extraídos de las obras de Cicerón, Livio, Valerio Máximo y otros escritores. El libro del gramático francés, a pesar de sus lunares, presta aún, por su claridad e interés, indudables servicios en la enseñanza elemental de la lengua latina. 3. Fragmentos de los Commentarii de bello Gallico de César, relacionados entre sí por medio de un detallado análisis de la totalidad de la obra. Seleccionar tales pasajes ha sido tarea erizada de dificultades, pero abrigamos la esperanza de haber recogido los más salientes y característicos. 4. Unas cuantas páginas de las Obras morales de Cicerón y el primero de los discursos pronunciados contra Catilina por el gran orador romano.*

*Al reeditar ahora el tomo I de nuestra Antología hemos adicionado especialmente la sección cuarta con diversos pasajes de las Obras filosóficas de Cicerón y una selección de sus famosas Epístolas. Hemos añadido, finalmente, una nueva sección for-*

*mada con trozos seleccionados de las dos obras más conocidas de Salustio, con criterio y método idénticos a los que nos sirvieron de norma para la elección de los capítulos de César.*

*En la anotación de los textos, más prolija, como es lógico, en los primeros, no hemos querido pecar por defecto ni por exceso, sino comentar o aclarar cuanto nos ha parecido digno de atención desde los distintos puntos de vista gramatical, histórico, arqueológico, geográfico, etc. Anotarlo todo, sobre ser imposible, era expuesto a cercenar la iniciativa personal de profesores y alumnos. No hay que advertir que para redactar nuestro comentario hemos utilizado ampliamente la labor ajena, escogiendo lo que nos ha parecido más útil y adecuado al carácter elemental del presente libro. Este carácter justifica y explica las continuas referencias a nuestra Gramática elemental de la lengua latina, publicada en Madrid, 1936, en colaboración con A. Gómez Iglesias y reeditada en México, en 1941, por la Casa de España.*

*La segunda parte de este primer tomo comprenderá una selección de Tito Livio, Tácito, los dos Plinios, Quinto Curcio, Suetonio, etc.*

DE SICO MARINO

SECCION PRIMERA  
NARRACIONES.

# I

## DE CIRCO MAXIMO

Paucis post diebus <sup>1</sup> paedagogus noster de equo lapsus <sup>2</sup> aegrotabat. Soli igitur ego et Regulus et Marcus profecti sumus.<sup>3</sup> Ad Titi Thermas <sup>4</sup> contendimus, ubi natatione certavimus. De celeritate sua <sup>5</sup> Regulus multa <sup>6</sup> gloriatur, sed ego currendo <sup>7</sup> celerior sum. Postquam e balneis <sup>8</sup> abiimus,<sup>9</sup> mala <sup>10</sup> piraque edimus, quae <sup>11</sup> nobis dederat Drusilla. Deinde per vias erravimus et mi-

<sup>1</sup> *paucis post diebus*. Gr. 453 a.—*post*. Adverbio.

<sup>2</sup> *lapsus*. Participio pasado del deponente “labor”, “lapsus sum”, “labi”: «caer», concertado, como “noster”, con el sujeto “paedagogus”.

<sup>3</sup> *profecti sumus*. Pretérito del deponente “proficiscor”, profectus sum”, “proficisci”. En cuanto a la persona, vid. Gr. 172.

<sup>4</sup> *ad...Thermas*. Gr. 118 c.

<sup>5</sup> *de celeritate sua*. Gr. 253, 3 b.

<sup>6</sup> *multa*. Acusativo neutro, complemento de “gloriatur”. Gr. 417.

<sup>7</sup> *currendo*. Gr. 153 d.

<sup>8</sup> *balneis*. Ablativo originario. Gr. 438 b.

<sup>9</sup> *postquam...abiimus*. Gr. 525, 1 c.

<sup>10</sup> *mala*: «manzanas». Complemento directo, como “pira”, de “edimus”.

<sup>11</sup> *quae*. Complemento directo de “dederat”; “nobis”, complemento indirecto, Gr. 161.

liarium<sup>12</sup> aureum in Foro ab Augusto positum<sup>13</sup> mirabamur, ad quod<sup>14</sup> triginta viae<sup>15</sup> omnibus ex partibus conveniunt.

Hoc viso,<sup>16</sup> ad Circum Maximum pervenimus, ut Hirpinum<sup>17</sup> videremus.<sup>18</sup> Hic<sup>19</sup> aurigae equos acriter incitabant, quorum alii aliis coloribus<sup>20</sup> vestiti erant,<sup>21</sup> hic russatus, ille albus, hic venetus, ille prasinus. Equi circum spinam currebant, namque missus<sup>22</sup> praeclarus postridie celebrandus erat.<sup>23</sup> Subito "Ecce! Ipse Hirpinus venit!", inquit unus e spectatoribus.<sup>24</sup> Omnes Hirpinum quadrupedantem, sicut de caelo delapsum, intuebamur.<sup>25</sup>

Mox tamen, abire iusi,<sup>26</sup> domum inviti redire constituimus.<sup>27</sup> Tum Regulus "In Campum Martium", inquit, "eamus!"<sup>28</sup> Hic<sup>29</sup> senes quosdam vidimus, qui huc illuc<sup>30</sup> anhelantes currebant, pilisque<sup>31</sup> ludebant, inter quos Hostilium, magistrum nostrum,<sup>32</sup>

<sup>12</sup> *miliarium*: «la piedra miliar». Con ella se señalaban las millas o distancias de mil pasos geométricos, de cinco pies cada uno.

<sup>13</sup> *positum*. Participio pasado de "ponere" en terminación neutra, concertado con "miliarium", complemento directo de "mirabamur"; "ab Augusto" es el ablativo agente (Gr. 124 a) del pasivo "positum".

<sup>14</sup> *quod* ("miliarium").

<sup>15</sup> *triginta viae*. Sujeto de "conveniunt".

<sup>16</sup> *hoc viso*. Ablativo absoluto. Gr. 454 c.

<sup>17</sup> *Hirpinum*. Nombre de un famoso caballo.

<sup>18</sup> *ut... videremus*. Proposición final. Gr. 529.

<sup>19</sup> *hic*. Adverbio de lugar.

<sup>20</sup> *alii aliis coloribus*: «cada uno de un color diferente». Gr. 228.

<sup>21</sup> *vestiti erant*. Gr. 476 d.

<sup>22</sup> *missus*. De "missus, -us", sustantivo verbal que indica la acción de «soltar», en este caso, a los caballos. Puede traducirse por «carrera».

<sup>23</sup> *celebrandus erat*. Conjugación perifrástica. Gr. 149. Sujeto "missus".

<sup>24</sup> *unus e spectatoribus*. Gr. 428 d, 2.

<sup>25</sup> *intuebamur*. Sujeto ("nos") "omnes". Complemento directo: "Hirpinum... delapsum". "De caelo", Gr. 438 b.

<sup>26</sup> *abire iussi* ("nos"). Gr. 497 a.

<sup>27</sup> *domum* (Gr. 118 c.) *redire constituimus*. Gr. 472 c.

<sup>28</sup> *in Campum Martium* (Gr. 118 c) *eamus*. Gr. 142 e.

<sup>30</sup> *huc illuc*: «de acá para allá».

<sup>31</sup> *pilis*. Ablativo instrumental. Gr. 125 a.

<sup>32</sup> *Hostilium, magistrum nostrum* (posición, Gr. 167), complemento directo de "conspeximus".

conspeximus. Ridebamus. "Sic ludunt illi", inquit Regulus, "quo<sup>33</sup> magis famem ad cenam excitent. Quam ego esurio! Utinam crustula<sup>34</sup> a Drusilla<sup>35</sup> cocta mihi nunc adessent!<sup>36</sup> Quin<sup>37</sup> domum properamus?"<sup>38</sup> "Libenter ibo", respondi; "quam egregium<sup>39</sup> consilium!"<sup>40</sup>

Eheu! Viam nescimus! Undique erramus! Aliam semitam et aliam<sup>41</sup> sequentes bis Tiberim<sup>42</sup> transiimus.<sup>42</sup> Iam sol occidebat. Mox nigrescebat. Prima fax apparuit. Adeo umbris tenebrosis<sup>43</sup> cincti sumus, ut<sup>44</sup> aedificia vix videremus. Nox ipsa aderat! Subito<sup>45</sup> senex quidam, sordida veste,<sup>46</sup> promissa barba,<sup>47</sup> nobis occurrit.<sup>48</sup> Reguli consilium fugere<sup>49</sup> fuit; sed Marcus senem rogavit,<sup>50</sup> ubi Viam Flaminiam inveniremus.<sup>51</sup> Hic<sup>52</sup> benigne eam nobis monstravit.

Deinde hominem facem ferentem<sup>53</sup> vidimus, qui pavorem

<sup>33</sup> quo: "ut eo". Gr. 529.

<sup>34</sup> crustula. Nominativo plural neutro, sujeto de "adessent".

<sup>35</sup> a Drusilla. Ablativo agente de "cocta", participio pasado de "coquere" concertado con "crustula".

<sup>36</sup> utinam... adessent. Gr. 142 d.

<sup>37</sup> quin: "cur non?: «¿por qué no?» Gr. 143, 2.

<sup>38</sup> domum properamus. Gr. 118 c.

<sup>39</sup> egregium: «excelente».

<sup>40</sup> quam egregium consilium! Gr. 427.

<sup>41</sup> aliam semitam et aliam. Complemento directo de "sequentes".

<sup>42</sup> Tiberim (Gr. 315 a) transiimus. Gr. 413 a.

<sup>43</sup> umbris tenebrosis. Ablativo agente (Gr. 124 a) de "cincti sumus."

<sup>44</sup> adeo...ut. Gr. 530.

<sup>45</sup> subito. Adverbio. Gr. 239 f.

<sup>46</sup> sordida veste. Ablativo instrumental. Gr. 447 b.

<sup>47</sup> promissa barba. Ablativo de cualidad. Gr. 449.

<sup>48</sup> nobis (dativo) occurrit. Gr. 431 c.

<sup>49</sup> fugere. Infinitivo sujeto de "consilium fuit". Gr. 473 b.

<sup>50</sup> rogavit: «preguntó».

<sup>51</sup> ubi... inveniremus. Interrogativa indirecta, Gr. 509 a; "rogavit... inveniremus": concordancia de tiempos. Gr. 503.

<sup>52</sup> hic. Pronombre.

<sup>53</sup> ferentem (concertado con "hominem", complemento directo de "vidimus"): "qui ferebat". Gr. 146.



nostrum abstulit,<sup>54</sup> Ipse enim erat Rufus noster, qui, magna anxietate affectus,<sup>55</sup> vestigia nostra lente et laboriose secutus erat.<sup>56</sup> “O mali pueri!”<sup>57</sup> inquit, “unde venistis? Num<sup>58</sup> vivi estis? Me miserum!<sup>59</sup> Felix tamen sum, quod<sup>60</sup> non in Suburram<sup>61</sup> erravistis!” “O Rufe carissime”, respondimus omnes, “noli nos obiurgare.<sup>62</sup> Hirpinum vidimus”.

<sup>54</sup> *abstulit*. Pretérito de “aufero”.

<sup>55</sup> *magna anxietate affectus* (participio pasado de “afficio”, concertado con “qui”, sujeto de la proposición relativa, cuyo antecedente es “Rufus noster”): «presa de la mayor inquietud».

<sup>56</sup> *secutus erat*. Deponente. Su complemento directo es “vestigia nostra”.

<sup>57</sup> *o mali pueri!* Gr. 117.

<sup>58</sup> *num* (Gr. 248, 2 A c) *vivi*. Contenido del predicado nominal, como, más abajo, “felix”.

<sup>59</sup> *me miserum!* Gr. 427.

<sup>60</sup> *quod erravistis*. Gr. 527.

<sup>61</sup> *Suburram* o *Suburam*. Barrio popular, mal afamado.

<sup>62</sup> *noli... obiurgare*. Gr. 142 f.

## II

### DE ITINERE MARITIMO

Postridie, dum ego et Marcus cum Regulo in horto pilis ludimus<sup>1</sup> in atrium a patre<sup>2</sup> eius arcessiti sumus, qui se<sup>3</sup> epistolam accepisse dixit: <sup>4</sup> fratrem suum, nomine Gallum, qui Neapoli habitaret,<sup>5</sup> villam pulchram habere; <sup>6</sup> eundem<sup>7</sup> nunc Regulum atque quoslibet e condiscipulis<sup>8</sup> ad se vocare;<sup>9</sup> breviter scripsisse,<sup>10</sup> sed amicissime et vehementissime. His dictis,<sup>11</sup> pater ut nos mari iter faceremus constituit.<sup>12</sup>

Statim Regulus "Tu, Celse", exclamat, "nempe mecum ve-

<sup>1</sup> *dum... ludimus.* Gr. 465.

<sup>2</sup> *a patre.* Ablativo agente de "arcessiti sumus".

<sup>3</sup> *se.* Sujeto del infinitivo "accepisse". Gr. 496.

<sup>4</sup> *se epistolam accepisse dixit.* Gr. 493 a.

<sup>5</sup> *habitaret.* La proposición relativa no contiene una apreciación del que habla. Gr. 543, 3.

<sup>6</sup> *habere.* Discurso directo: "frater meus ("suum", discurso indirecto. Gr. 552 a). villam habet", y de aquí el infinitivo en el indirecto, Gr. 548 a.

<sup>7</sup> *eundem.* Sujeto del infinitivo "vocare", como "fratrem" lo es de "habere".

<sup>8</sup> *Regulum atque quoslibet e condiscipulis* (Gr. 428 d, 2α). Complemento directo de "vocare".

<sup>9</sup> *eundem vocare.* Discurso directo: "idem vocat". Gr. 548 a.

<sup>10</sup> *scripsisse.* Discurso directo: "scripsit".

<sup>11</sup> *his dictis.* Gr. 454 c.

<sup>12</sup> *constituit... ut.* Gr. 515.

nies. Sed patruus meus plures<sup>13</sup> adesse vult. Quem<sup>14</sup> tertium<sup>15</sup> deligamus? Iunior est Marcus noster, quam ut longum iter ferat<sup>16</sup>. “Non ego”, respondit Marcus, paulum iratus.<sup>17</sup> “Duodecim annos natus ero Kal. Septemb.:<sup>18</sup> etsi vos grandiores estis,<sup>19</sup> mihi non longius iter erit quam vobis;<sup>20</sup> eādem est via; eādem in nave ibimus”. “Non tamen aequae mare amamus”, inquit Regulus: “Molesta tibi erit nausea”. Eheu! lacrimae<sup>21</sup> aderant, et tantus erat Marci dolor, ut<sup>22</sup> nihil aliud<sup>23</sup> facere possemus, quam illum<sup>24</sup> quoque comitem<sup>25</sup> deligere.

Pater Reguli Rufum<sup>26</sup> nobiscum ire atque omnia impedimenta, quae ad iter pertinerent,<sup>27</sup> comparare iussit. Hic<sup>28</sup> navem onerariam (cui insigne<sup>29</sup> esset<sup>30</sup> “Castor et Pollux”<sup>31</sup>).

<sup>13</sup> *plures*. Sujeto de “adesse”, infinitivo dependiente de “vult”. Gr. 493 e.

<sup>14</sup> *quem*. Complemento directo de “deligamus”.

<sup>15</sup> *tertium*. Predicado de “quem”. Gr. 419.

<sup>16</sup> *iunior... quam ut... ferat*: «demasiado joven para soportar». Gr. 540.

<sup>17</sup> *iratus*. Participio del deponente “irasci”.

<sup>18</sup> *kal. Septemb.*: “kalendis Septembribus”: «el 1º de septiembre». Gr. 588.

<sup>19</sup> *etsi... estis*. Gr. 537 a; “grandiores”, contenido del predicado nominal.

<sup>20</sup> *longius mihi... quam vobis*. Gr. 47 b.

<sup>21</sup> *lacrimae*. Falsa ortografía: “lachrimae”.

<sup>22</sup> *tantus... ut*. Gr. 530.

<sup>23</sup> *nihil aliud*. Complemento directo de “facere”, infinitivo dependiente de “possemus”. Gr. 472 a.

<sup>24</sup> *illum*. Complemento directo de “deligere”.

<sup>25</sup> *comitem*. Predicado acusativo. Gr. 419.

<sup>26</sup> *Rufum*. Sujeto de los infinitivos “ire” y “comparare”, dependientes de “iussit”. Gr. 493 c.

<sup>27</sup> *pertinerent*. Para el subjuntivo, Gr. 543, 4.

<sup>28</sup> *hic*. Adverbio.

<sup>29</sup> *insigne*. En términos marítimos designaba el mascarón, figura esculpida o pintada en la proa de un navío y representativa de la personalidad que daba nombre al mismo.

<sup>30</sup> *cui... esset*: «que tenía». Gr. 432 b. El subjuntivo “esset” indica un pensamiento ajeno al autor: «se enteró de que un barco de carga, llamado, según decían...»

<sup>31</sup> *Castor et Pollux*. Los hermanos gemelos. La constelación así llamada favorecía la navegación y alejaba las tempestades.

Alexandriam<sup>32</sup> Kal. Septemb. ituram<sup>33</sup> certior factus est. Ad quam urbem omnes qui navigant, Portum Neapolitanum capiunt. Kal. Septemb. igitur, Marci natali,<sup>34</sup> profecti sumus.

Tam hilares eramus, ut<sup>35</sup> vix nos Rufus componere posset. Nautas impediabamus, quorum alii<sup>37</sup> malos scandunt,<sup>38</sup> alii per foros cursant, alii sentinam exhauriunt; gubernator autem, clavum<sup>39</sup> tenens, quietus<sup>40</sup> sedet in puppi. Pugillares stilumque apportaverat Regulus; navem<sup>41</sup> pingere conatus est, quae<sup>42</sup> gubernatori causa erat ridendi.<sup>43</sup> Regulum<sup>44</sup> proram, vela, ancoram, funes, remos recte pinxisse negavit.<sup>45</sup> Stilum igitur vertit<sup>46</sup> Regulus et haec omnia emendavit.

Iam ventis faventibus<sup>47</sup> celerrime navigamus. Caeruleum erat mare; aves albae a tergo volitabant. In puppi ego et Re-

<sup>32</sup> *Alexandriam*. Gr. 118 c.

<sup>33</sup> *ituram* ("esse"). Proposición infinitiva dependiente de "certior factus est". Gr. 493 a. Sujeto: "navem onerariam".

<sup>34</sup> *natali* ("die"). Gr. 453 a.

<sup>35</sup> *tam...ut*. Gr. 530.

<sup>36</sup> *quorum* (antecedente "nautas"). Genitivo dependiente de "alii". Gr. 428 d.

<sup>37</sup> *alii...alii...alii*. Gr. 228.

<sup>38</sup> *scandunt*. Presente histórico, como los siguientes "cursant", "exhauriunt". Gr. 138.

<sup>39</sup> *clavum*. Complemento directo de "tenens", participio concertado con el sujeto "gubernator".

<sup>40</sup> *quietus*. Contenido del predicado nominal. Gr. 157.

<sup>41</sup> *navem*. Complemento directo de "pingere", infinitivo dependiente del deponente "conatus est". Gr. 472 c.

<sup>42</sup> *quae*: "quod", por atracción de "causa". Gr. 205. El antecedente del relativo es toda la oración anterior.

<sup>43</sup> *ridendi*. Gr. 153.

<sup>44</sup> *Regulum*. Sujeto del infinitivo "pinxisse", dependiente del verbo dicendi "negavit"; "proram", "vela", etc., son sus complementos directos.

<sup>45</sup> *negavit*: «dijo que no». El sujeto es "gubernator".

<sup>46</sup> *stilum* (falsa ortografía: "stylus") *vertit*: «volvió el estilete». Este instrumento era agudo por uno de sus extremos y plano o apto para borrar lo escrito sobre la cera de las tablillas por el otro. De aquí la expresión "stilum vertere", que significa «corregir», «borrar».

<sup>47</sup> *ventis faventibus*: «con viento favorable». Gr. 454 d.

gulus stabamus prospicientes,<sup>48</sup> quae aliae naves adessent,<sup>49</sup> et quo irent conicientes.<sup>50</sup> Ingentem quandam navem gubernator nobis dixit Romam petere<sup>51</sup> frumento<sup>52</sup> oneratam.<sup>53</sup> At Marcus maestus et tacens prope Rufum sedebat: scilicet non illi<sup>54</sup> undarum motus placebat.

Tandem circa horam decimam montem Vesuvium aspeximus, qui aliis montibus dissimillimus<sup>55</sup> visus est. Gubernator se<sup>56</sup> multa de illo monte scire dixit, sed ea<sup>57</sup> narrandi facultatem sibi esse negavit. Cum Neapolim incolumes pervenissemus,<sup>58</sup> invitatus e nave desilui ego. Regulus quoque usque Alexandriam pervenire volebat, at Marcus libenter egressus est.<sup>59</sup>

<sup>48</sup> *prospicientes*: «contemplando de lejos». Gr. 146.

<sup>49</sup> *adessent*. En subjuntivo, por tratarse de una proposición interrogativa indirecta. Gr. 509. En el mismo caso se encuentra el “irent” inmediato.

<sup>50</sup> *conicientes*: «conjeturando».

<sup>51</sup> *Romam petere*. Gr. 431 *b*.

<sup>52</sup> *frumento*. Ablativo instrumental.

<sup>53</sup> *quandam navem...oneratam*. Sujeto de “petere”, infinitivo dependiente de “dixit”.

<sup>54</sup> *illi*. Dativo dependiente de “placuit”, cuyo sujeto es “motus”. Gr., 122 *a*, 2.

<sup>55</sup> *aliis montibus dissimillimus*. Gr. 434 *a*.

<sup>56</sup> *se*. Sujeto del infinitivo “scire”. Gr. 496. Representa a “gubernator”.

<sup>57</sup> *ea*. Complemento directo del gerundio “narrandi” (Gr., 154 *d*), el cual depende de “facultatem”, sujeto de “esse”: “negavit esse sibi facultatem narrandi ea”.

<sup>58</sup> *cum Neapolim* (Gr. 118 *c*) *pervenissemus*. Gr. 526 *d*.

<sup>59</sup> *egressus est*: «desembarcó».

### III

#### SERVUS CHRISTIANUS

##### Fabulae personae.

Flaccus, *senator*.

Vacculus, *servis praepositus*.

Lesbia, *eius uxor*.

Sergius, *curator atrii*.

Imperator, comites, servi.

Datus, *servus*.

Scoena: Atrium villae Flacci.

(Lesbia aparece recostada en una *cathedra*. Rodéala su séquito de *ancillae*. No muy lejos un *paedagogus* explica una lección a dos niños. *Pedisēqui*, *tabellarii* y otros esclavos van y vienen con *epistolae*, *capsae*, etc. El *ianitor* permanece junto a la puerta. Hay ansiedad y aflicción en los rostros y las miradas de todos se dirigen continuamente hacia la entrada).

Entra Flaccus.

Flac.—Salve! <sup>1</sup> Quota hora est? Cum Principe cenavi, et meracle esurio. Da mihi lac.<sup>2</sup> (Un esclavo se acerca con una bandeja. Flaccus bebe.) Ubi est medicus?

<sup>1</sup> *salve!*, Gr. 362.

<sup>2</sup> *lac.* Gr. 24, 2.

*Med.*—Adsum, domine.

*Flac.*—Medicamentum desidĕro. (*Sale el médico*). Māla erant māla.<sup>3</sup> (*Riĕndose*). Cur non ridetis, servi? Quid est?<sup>4</sup> Cur omnes circum me statis? Agedum, quid est, Vaccule? Cur oculos avertis?

*Vac.*—Sergius atrium curat: illum igitur<sup>5</sup> roga, domine.

*Flac.*—Quid est, Sergi?<sup>6</sup> Statim dic<sup>7</sup> mihi.

*Ser.*—O domine, horribile est... de quo non loqui possum...<sup>8</sup> horresco...; timeo ne<sup>9</sup> male id feras... Statuam Minervae<sup>10</sup> tuam...

*Flac.*—(*Corre hacia un rincón del atrium, donde está la estatua y descubre que le falta una mano.*) Eheu! manus abest! Quis hoc fecit? Mea Minerva! Quis?... (*Todos miran hacia la puerta, y se inclinan reverentes.*)

### Entra el Imperator.

*Imp.*—Salve, mi<sup>11</sup> Flacce. Venio apud<sup>12</sup> te, ut<sup>13</sup> illam<sup>14</sup> Minervam videam, de<sup>15</sup> qua inter<sup>16</sup> cenam loquebaris. Sed quae causa est harum lacrimarum?

*Flac.*—Causa est eādem Minerva. Ecce! unus ex servis meis hoc fecit.

<sup>3</sup> *mala... mala.* Juego de palabras basado en la distinta significación de la palabra "mala", según la cantidad de su primera sílaba.

<sup>4</sup> *quid est?*: «¿qué ocurre?» "Quid". Gr. 208.

<sup>5</sup> *igitur.* Gr. 269.

<sup>6</sup> *Sergi.* Vocativo. Gr. 299.

<sup>7</sup> *dic.* Gr. 92.

<sup>8</sup> *loqui* (infinitivo de "loquor") *possum.* Gr. 472 a.

<sup>9</sup> *timeo ne.* Gr. 520 a.

<sup>10</sup> *Minervae.* Diosa de la sabiduría.

<sup>11</sup> *mi.* Gr. 174.

<sup>12</sup> *apud.* Gr. 252, 4 a.

<sup>13</sup> *ut.* Final. Gr. 529.

<sup>14</sup> *illam.* Gr. 190.

<sup>15</sup> *de.* Gr. 253, 3 b.

<sup>16</sup> *inter.* Gr. 252, 11, b.

*Imp.*—Nonne<sup>17</sup> virgas habes? Nonne scis quis fecerit?<sup>18</sup>

*Flac.*—Sergius, qui atrium curat, respondebit. Quis hoc fecit, Sergi? Noli timere;<sup>19</sup> loquere;<sup>20</sup> audīmus.

*Ser.*—O domine, Datus servus, quem in Alexandria emisti, hoc fecit, dum cum Principe cenas.<sup>21</sup> Causam nescio.

*Flac.*—Ubi est Datus?

*Ser.*—Nempe catenis vinctus est.

*Flac.*—Duc<sup>22</sup> eum statim ad nos!

*Imp.* (*Riando*).—Benignior servis es quam servi tibi, Flacce. Hominem harena dignum<sup>23</sup> puto.

*Flac.*—Ego et Lesbia omnes servos nostros amamus, sed...

*Imp.*—Iam venit hic Datus. Quid dicet?

(*Entra Sergius con Datus, cargado de cadenas*)

*Ser.*—Ecce Datus, domine!

*Flac.*—Cur hoc fecisti, Date? Hanc statuam nuper emi, pulcherrimam ex omnibus<sup>24</sup> quas vidi: magni eam aestimo.<sup>25</sup>

*Dat.*—O domine, Christianus sum: omnes dearum statuae mihi odiosae sunt.

*Imp.* (*A Flaccus*).—Praeclarum cras erit in Amphitheatro certamen. Multi captivi morituri sunt:<sup>26</sup> illuc<sup>27</sup> eum mitte.

*Dat.*—Leones non timeo.

*Imp.*—Leones non horrescis! Mox videbimus.

<sup>17</sup> *nonne*. Gr. 248, 2, A, b.

<sup>18</sup> *quis fecerit*. Interrogativa indirecta. Gr. 509.

<sup>19</sup> *noli timere*. Gr. 142 f.

<sup>20</sup> *loquere*. Imperativo, Gr. 142 e.

<sup>21</sup> *dum...cenas*: «mientras cenabas». Acerca del presente, vid. Gr. 465.

<sup>22</sup> *duc*. Gr. 92.

<sup>23</sup> *harena dignum* ("esse"), Gr. 442 b.

<sup>24</sup> *ex omnibus*. Gr. 428 d, 2. α

<sup>25</sup> *magni...aestimo*. Gr. 430 e.

<sup>26</sup> *morituri sunt*. Gr. 147.

<sup>27</sup> *illuc*: «allá».

*Lesbia.* (*Levantándose*).—Noli eum ad Amphitheatrum mittere, mi Flacce! (*Vase el Imperator, contrariado*).

*Omnes servi et ancillae.*—O domine, noli illuc eum mittere! Gratus est nobis: duos annos<sup>28</sup> iam nobiscum adest. Talia<sup>29</sup> iterum numquam faciet.

*Dat.* (*Llorando*).—Quam benigni mihi estis! Vos omnes meliores Christiani estis quam ego.

(*Echase a los pies de Flaccus y Lesbia, mientras le quitan las cadenas*).

<sup>28</sup> *duos annos.* Gr. 118 b, 1.

<sup>29</sup> *talia.* Complemento directo de "faciet".

#### IV.

#### DE VESUVIO

Io! Tandem de Vesuvio certior<sup>1</sup> factus sum! Decem abhinc dies Plinius, Galli amicus,<sup>3</sup> ad nos venit. Qui, cum mihi forte in horto pila ludenti solus incidisset,<sup>5</sup> "Salve! puer", inquit, "scisne<sup>6</sup> qua in horti parte<sup>7</sup> piri sint?" "Ipse te ducam", trepidus respondi. Vix credibile erat Plinium tandem ante oculos esse.<sup>8</sup> Sed in exiguo tempore multa cognoscenda erant.<sup>9</sup> Ergo Plinium per longam et deviam semitam ducere constitui,<sup>10</sup> quo<sup>11</sup> plus temporis<sup>12</sup> ad interrogandum<sup>13</sup> esset.<sup>14</sup> Statim "Dic mihi, sis",<sup>15</sup> inquam, "aliquid de Pompeiorum exitio. Nonne enim tu aderas?"

<sup>1</sup> *certior de.* Gr. 429 a.

<sup>2</sup> *abhinc.* Gr. 423.

<sup>3</sup> *amicus.* Aposición a "Plinius".

<sup>4</sup> *forte.* Gr. 320 d.

<sup>5</sup> *cum (Gr. 526 d) mihi... ludenti (Gr. 480 a)... incidisset.* Gr. 431 c.

<sup>6</sup> *scisne.* Gr. 248, A, a.

<sup>7</sup> *qua in horti parte:* "in qua parte horti".

<sup>8</sup> *esse.* Infinitivo sujeto de "credibile erat". Gr. 495 b.

<sup>9</sup> *cognoscenda erant:* «había que averiguar». Gr. 149.

<sup>10</sup> *ducere constitui.* Gr. 472 c.

<sup>11</sup> *quo.* Gr. 529.

<sup>12</sup> *plus temporis.* Genitivo partitivo. Gr. 428 d.

<sup>13</sup> *ad interrogandum.* Gr. 153 c.

<sup>14</sup> *esset.* Subjuntivo final. Gr. 529.

<sup>15</sup> *sis:* "si vis". Contracción usada en el lenguaje de la conversación. Gr. 106, nota.

“Libenter”, respondit, “quae memini dicam. Fuerat per multos dies<sup>16</sup> tremor terrae. Illa vero nocte ita invaluit, ut<sup>17</sup> non moveri omnia, sed verti crederentur.<sup>18</sup> Irrumpit in<sup>19</sup> cubiculum meum mater: surgebam<sup>20</sup> invicem, si<sup>21</sup> quiesceret, excitaturus.<sup>22</sup> Resedimus in area domus,<sup>23</sup> et librum Titi Livii posco. Iam quassatis circumiacentibus tectis,<sup>24</sup> magnus et certus ruinae metus”.

“Egressi e domo consistimus. Vehicula, quae produci iusseramus,<sup>25</sup> quamquam in planissimo campo, in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem<sup>26</sup> fultra<sup>27</sup> in eodem vestigio quiescebant. Processerat litus multaue animalia maris siccis harenis detinebat.<sup>28</sup> Ab altero latere nubes<sup>29</sup> atra et horrenda in longas flammaram figuras dehiscebat; fulguribus<sup>30</sup> illae similes et maiores erant. Nec multo post<sup>31</sup> illa nubes descendere<sup>32</sup> in terras, operire maria.”

“Tum mater orare, hortari, iubere, quoquo<sup>33</sup> modo fugerem:<sup>34</sup> se et annis et corpore gravem bene morituram,<sup>35</sup> si mihi

<sup>16</sup> *per multos dies*. Gr. 422.

<sup>17</sup> *ita invaluit, ut*. Proposición consecutiva, Gr. 530.

<sup>18</sup> *moveri omnia... crederentur*. Construcción personal. Gr. 497 e.

<sup>19</sup> *irrupit in*. Gr. 431 c.

<sup>20</sup> *surgebam*: «iba a levantarme». Gr. 461.

<sup>21</sup> *si*: «por si». Gr. 535.

<sup>22</sup> *excitaturus*: “ut eam excitarem”. Gr. 480 c.

<sup>23</sup> *domus*. Genitivo.

<sup>24</sup> *quassatis circumiacentibus tectis*. Ablativo absoluto. Gr. 524.

<sup>25</sup> *quae produci iusseramus*. Gr. 493 c.

<sup>26</sup> *ne... quidem*. Gr. 247, 5.

<sup>27</sup> *fultra* (“vehicula”). “Fultra”, participio pasado de “fulcio”, “fulsi”, “fultum”.

<sup>28</sup> *detinebat*. Suj. “litus”.

<sup>29</sup> *nubes*. Nominativo.

<sup>30</sup> *fulguribus*. Esta palabra es, a un mismo tiempo, dativo dependiente de “similes” (Gr. 434 a) y ablativo regido de “maiores” (Gr. 47 b y 126 b).

<sup>31</sup> *post*. Adverbio.

<sup>32</sup> *descendere*. Infinitivo histórico, Gr. 138. En igual caso se hallan “operire”, “orare”, “hortari”, “iubere”.

<sup>33</sup> *quoquo*. Ablativo de “quisquis”. Gr. 207.

<sup>34</sup> (“ut”) *fugerem*. Gr. 524.

<sup>35</sup> *se... morituram*. Discurso indirecto. Gr. 551 a. (Directo: “bene moriar”).

causa mortis non esset. Ego contra<sup>36</sup> *salvum*<sup>37</sup> me nisi una<sup>38</sup> non futurum: deinde manum eius *amplexus*,<sup>39</sup> addere gradum<sup>40</sup> cogo. Respicio; densa caligo *tergis*<sup>41</sup> imminebat, quae nos sequebatur. “Deflectamus”, inquam, “dum videmus, ne in via comitantium<sup>42</sup> turba<sup>43</sup> in tenebris obteramur”.<sup>44</sup>

“Vix consederamus, et nox, non qualis illunis et nubila, sed qualis in locis clausis, lumine exstincto,<sup>45</sup> erat. Audires<sup>46</sup> ululatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum; alii parentes, alii liberos, alii coniuges vocibus requirebant, vocibus noscitabant; hi suum casum, illi suorum miserebantur; erant qui metu mortis<sup>47</sup> mortem precarentur;<sup>48</sup> multi ad deos manus tollere,<sup>49</sup> plures<sup>50</sup> nusquam iam deos ullos, aeternamque illam et novissimam noctem esse mundo<sup>51</sup> interpretabantur.”

Hic<sup>52</sup> Gallum subito invenimus, qui Plinio apes suas ostendere voluit. Itaque sermo interruptus,<sup>53</sup> Pliniusque statim abreptus.<sup>54</sup>

<sup>36</sup> *contra*. Adverbio.

<sup>37</sup> *salvum*. Predicado de “me”, sujeto del infinitivo “futurum”.

<sup>38</sup> *una*: «juntamente», «a una».

<sup>39</sup> *amplexus*. Participio del deponente “amplector”. Gr. 476 a. Su complemento directo es “manum”.

<sup>40</sup> *addere gradum*: «apresurar la marcha».

<sup>41</sup> *tergis*. Dativo dependiente de “imminebat”. Gr. 431 c.

<sup>42</sup> *comitantium*. Genitivo dependiente de “turba”.

<sup>43</sup> *turba*. Agente de “obteramur”. Gr. 124 a.

<sup>44</sup> *ne... obteramur*. Gr. 529.

<sup>45</sup> *lumine exstincto*. Ablativo absoluto.

<sup>46</sup> *audires*. Gr. 142 a, 2.

<sup>47</sup> *mortis*. Gr. 428 a.

<sup>48</sup> *erant qui... precarentur*. Gr. 543 c, β

<sup>49</sup> *tollere*. Infinitivo histórico.

<sup>50</sup> *multi... plures*. Sujetos de “interpretabantur”, del cual, como verbo “dicendi”, depende el infinitivo “esse” con sus sujetos y predicados en acusativo.

<sup>51</sup> *mundo*. Dativo.

<sup>52</sup> *hic*. Adverbio.

<sup>53</sup> *interruptus* (“est”).

<sup>54</sup> *abreptus* (“est”).

C. FABIVS MAXIMVS

SECCION SEGUNDA.

L H O M O N D

DE VIRIS ILLUSTRIBUS URBIS ROMAE.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

- 1. Roma. Ab. 17. Ca. 17. p.
- 2. Carthago. Ca. 17. p.
- 3. qui dicitur in m. dicitur. Ca. 17. p.
- 4. qui dicitur in m. dicitur. Ca. 17. p.
- 5. qui dicitur in m. dicitur. Ca. 17. p.
- 6. qui dicitur in m. dicitur. Ca. 17. p.
- 7. qui dicitur in m. dicitur. Ca. 17. p.
- 8. qui dicitur in m. dicitur. Ca. 17. p.

## I.

### Q. FABIVS MAXIMVS

#### I.—Sitio de Sagunto por Anibal y origen de la segunda guerra Púnica.

Hannibal, Hamilcaris filius, novem annos natus, a patre aris admōtus,<sup>1</sup> odium in Romanos perenne iuravit. Quae res maxime videtur concitasse secundum bellum Punicum. Nam, Hamilcare mortuo, Hannibal, causam belli quaerens, Saguntum, civitatem Romanis foederatam,<sup>2</sup> evertit. Quapropter Roma<sup>3</sup> missi sunt Carthaginem<sup>4</sup> legati, qui populi Romani querimonias deferrent,<sup>5</sup> et Hannibalem, mali auctorem, sibi dedi<sup>6</sup> postularent. Tergiversantibus Poenis, Q. Fabius, legationis princeps,<sup>7</sup> sinu ex toga facto:<sup>8</sup> “Hic<sup>9</sup> ego,” inquit, “porto bellum pa-

<sup>1</sup> aris (dativo) admotus. Gr. 431 c.

<sup>2</sup> foederatam. Las “civitates foederatas”, (Cfr. “foedus, foederis”) eran independientes, pero estaban sujetas a un pacto determinado, el cual podía ser favorable (“foedus aequum”), o sea con iguales derechos por ambas partes, o desfavorable (“foedus iniquum”), si una de las partes quedaba sometida a la otra.

<sup>3</sup> Roma. Ablativo. Gr. 437 a.

<sup>4</sup> Carthaginem. Gr. 118 c.

<sup>5</sup> qui deferrent: “ut ei deferrent”. Gr. 543 b.

<sup>6</sup> dedi. Infinitivo pasivo de dedo, dedis.

<sup>7</sup> princeps: «jefe».

<sup>8</sup> sinu... facto: «formando un pliegue con la toga».

<sup>9</sup> hic: «aquí».

cemque; utrum placet, sumite". Poenis "bellum" succlamantibus, Fabius, excussa toga, bellum dare se dixit. Poeni accipere se responderunt, et quo acciperent animo, eodem se gesturos.<sup>10</sup>

II.—*La táctica de Fabio contrarresta los triunfos de Anibal en Italia.*

Hannibal, superatis Pyrenaei et Alpium iugis, in Italiam venit. P. Scipionem apud Ticinum<sup>11</sup> amnem, Sempronium apud Trebiam,<sup>12</sup> Flaminium apud Trasumenum<sup>13</sup> profligavit. Adversus<sup>14</sup> hostem totiens victorem<sup>15</sup> missus, Q. Fabius dictator<sup>16</sup> Hannibalis impetum mora<sup>17</sup> fregit: namque pristinis edoctus<sup>18</sup> cladibus, belli rationem<sup>19</sup> mutavit. Per loca alta exercitum ducebat, neque ullo loco fortunae se committebat; castris, nisi quantum necessitas cogeret, tenebatur miles.<sup>20</sup> Dux neque occasione<sup>21</sup> rei bene gerendae<sup>22</sup> deerat, si qua<sup>23</sup> ab hoste daretur,

<sup>10</sup> *quo... gesturos*: "gesturos se eodem animo quo".

<sup>11</sup> *Ticinum*. El Tesino, afluente de la izquierda del Po.

<sup>12</sup> *Trebiam*. El Trebia, afluente de la derecha del Po.

<sup>13</sup> *Trasumenum*. El lago Trasimeno, en Etruria.

<sup>14</sup> *adversus*. Preposición de acusativo. Gr. 252, 2 b.

<sup>15</sup> *totiens victorem*: «tantas veces vencedor».

<sup>16</sup> *dictator*. Q. Fabio Máximo fué nombrado dictador en 217 a. J. C. por los "comitia tributa". El dictador era un magistrado extraordinario. Se le elegía sólo por seis meses, durante los cuales ejercía, como único jefe, el mando del ejército y reunía en sus manos la autoridad absoluta. Su lugarteniente era el "magister equitum".

<sup>17</sup> *mora*. (abl. instr.): «dilación», «tardanza». Cfr. "moram facere, moram afferre", "inferre", con dativo: «dilatar», «alargar». "Sine mora": «al punto».

<sup>18</sup> *edoctus*: «aleccionado».

<sup>19</sup> *rationem*: «la táctica».

<sup>20</sup> *miles*: "milites". Gr. 33.

<sup>21</sup> *rei gerendae*. Gerundivo: "rem gerendi", Gr. 154 c, dependiente de "occasione".

<sup>22</sup> *occasione*. Dativo dependiente de "deerat". Gr. 431 b: «no desperdiciaba ocasión».

<sup>23</sup> *si qua* ("occasio"); "qua": "aliqua". Gr. 215.

neque ullam ipse hosti dabat. Frumentatum<sup>24</sup> exeunti Hanibali opportunus<sup>25</sup> aderat, agmen carpens, palantes<sup>26</sup> excipiens. Ita ex levibus proeliis superior<sup>27</sup> discessit, militemque coepit minus iam aut virtutis suae aut fortunae paenitere.<sup>28</sup>

III.—*Anibal, valiéndose de una hábil estratagema, liberta a su ejército sitiado por Fabio.*

His artibus Hannibalem Fabius in agro Falerno incluserat: sed ille<sup>29</sup> callidus, sine ullo exercitus detrimento, se expedivit. Nempe arida sarmenta boum cornibus alligavit<sup>30</sup> eaque principio noctis incendit; metus flammae relucens ex capite boves velut stimulos furore agebat. Hi ergo, accensis cornibus, per montes, per silvas, huc illuc<sup>31</sup> discurrebant. Romani, qui ad speculandum concurrerant, miraculo attoniti constiterunt; ipse Fabius, insidias esse ratus,<sup>32</sup> militem extra vallum egrēdi vetuit.<sup>33</sup> Interea Hannibal ex angustiis evasit. Dein, ut Fabio apud suos<sup>34</sup> crearet invidiam,<sup>35</sup> agrum eius,<sup>36</sup> omnibus circa vastatis, intac-

<sup>24</sup> *frumentatum*. Supino dependiente de "exeunti". Gr. 156 a.

<sup>25</sup> *opportunus*. Predicado. Gr. 158, obs. 3.

<sup>26</sup> *agmen... palantes*. Complementos directos de "carpens", "excipiens", participios que se refieren a "Q. Fabius".

<sup>27</sup> *superior*. Predicado. Gr. 158, obs. 3.

<sup>28</sup> *militem... virtutis... paenitere*. Gr. 415; 430 c.

<sup>29</sup> *ille*. Anibal.

<sup>30</sup> *cornibus* (dativo) *alligavit*. Gr. 431 c.

<sup>31</sup> *huc illuc*: «por acá y por allá».

<sup>32</sup> *ratus* (de reri): «pensando». Gr. 476 c.; "insidias esse" es la proposición infinitiva dependiente de "ratus".

<sup>33</sup> *militem... egrēdi vetuit*. Gr. 493 c.

<sup>34</sup> *apud suos*. "Sui" puede designar los soldados de un general, los súbditos de un monarca, los parientes, la familia, o como aquí, los conciudadanos.

<sup>35</sup> *ut Fabio* (dativo)... *crearet invidiam*: «para excitar contra Fabio el odio de sus conciudadanos».

<sup>36</sup> *eius* ("Fabii").

<sup>37</sup> *circa*. Adverbio.

tum reliquit. At Fabius omnem ab se<sup>38</sup> suspicionem propulsavit: <sup>39</sup> nam eundem agrum vendidit, eiusque pretio captivos Romanos redemit.

#### IV.—*Conquista de Tarento por el jefe Cartaginés.*

Postea Hannibal Tarento<sup>40</sup> per prodicionem potitus est. In eam rem tredecim fere iuvenes nobiles Tarentini conspiraverant. Hi nocte per speciem venandi<sup>41</sup> urbe egressi, ad Hannibalem, qui haud procul castra habebat, venerunt. Eos laudavit Hannibal, monuitque ut<sup>42</sup> redeuntes<sup>43</sup> pascentia Carthaginensium pecora<sup>44</sup> ad urbem agerent et custodibus portarum donarent. Id iterum saepiusque ab iis factum,<sup>45</sup> eoque<sup>46</sup> consuetudinis adducta res est ut, quocumque noctis tempore dedissent signum, porta urbis aperiretur.<sup>47</sup>

Tunc Hannibal eos nocte media cum decem milibus hominum delectis<sup>48</sup> secutus est. Ubi portae appropinquarunt,<sup>49</sup> nota iuvenum vox vigilem excitavit. Duo primi inferebant aprum vasti corporis.<sup>50</sup> Vigil incautus, dum belluae magnitudinem miratur,<sup>51</sup> venabulo occisus est. Ingressi Poeni ceteros vigiles so-

<sup>38</sup> *se.* Gr. 178.

<sup>39</sup> *ab se propulsavit.* Gr. 439.

<sup>40</sup> *Tarento.* Plaza fuerte situada en el mediodía de Italia, al fondo del golfo de su nombre. Para el ablativo con "potior", Gr. 441 *b.*

<sup>41</sup> *per speciem venandi:* «con pretexto de cazar».

<sup>42</sup> *monuit ut... agerent et... donarent.* Gr. 514.

<sup>43</sup> *redeuntes:* «al volver». Gr. 480 *a.*

<sup>44</sup> *pascentia pecora.* Complemento directo de "agerent".

<sup>45</sup> *factum* ("est").

<sup>46</sup> *eo.* Adverbio: *eo consuetudinis* (Gr. 399): «a tal grado de costumbre», o sea, «el hecho ("res") se hizo tan habitual».

<sup>47</sup> *ut... aperiretur.* Proposición consecutiva. Gr. 530.

<sup>48</sup> *delectis:* «escogidos».

<sup>49</sup> *ubi* (Gr. 525, 2 *a*) *portae* (Gr. 431 *c*) *appropinquarunt:* «cuando estuvieron cerca de la puerta».

<sup>50</sup> *vasti corporis.* Gr. 428 *b.*

<sup>51</sup> *dum... miratur:* «mientras admiraba». Gr. 465.

pītos obtruncant. Tum Hannibal cum suo agmine ingreditur; Romani passim trucidantur. Livius Salinator, Romanorum praefectus, cum iis qui caedi superfuerant, in arcem confugit.

V.—*Reconquista de Tarento por Fabio.*

Profectus igitur Fabius ad recipiendum Tarentum, urbem obsidione cinxit. Romanos plurimum adiuvit res levis momenti. Praefectus praesidii<sup>52</sup> Tarentini deperibat amore mulierculae, cuius frater in exercitu Fabii erat. Miles, iubente Fabio, pro perfuga<sup>53</sup> Tarentum transiit ac, per sororem<sup>54</sup> praefecto conciliatus, eum ad tradendam urbem<sup>55</sup> perpulit. Fabius vigilia prima<sup>56</sup> accessit ad eam partem<sup>57</sup> muri quam praefectus custodiebat. Eo adiuvente, Romani muros inscenderunt. Inde, proxima porta refracta, Fabius cum exercitu intravit. Hannibal, audita Tarenti oppugnatione, ad opem ferendam<sup>58</sup> festinavit; cumque ei esset nuntiatum urbem captam esse: “Et<sup>59</sup> Romani, inquit, suum Hannibalem habent; eadem qua ceperamus arte, Tarentum amisimus”...

VI.—*Fabio y su hijo.*

Q. Fabius iam senex filio suo consuli legatus<sup>60</sup> fuit, cumque in eius castra veniret, filius obviam patri progressus est: duode-

<sup>52</sup> *praesidii*: «de la guarnición».

<sup>53</sup> *pro perfuga*: «como prófugo».

<sup>54</sup> *per sororem*. Gr. 441.

<sup>55</sup> *ad tradendam urbem*. Gr. 154 a.

<sup>56</sup> *vigilia prima*. Gr. 453 a. La palabra “vigilia” designa el hecho de estar despierto. En particular significa cada una de las cuatro partes, (“prima”, “secunda”, “tertia”, “quarta vigilia”) en que los Romanos, para los efectos del servicio militar, dividían la noche. Cada “vigilia” duraba tres horas.

<sup>57</sup> *accessit ad eam partem*. Gr. 431 c.

<sup>58</sup> *ad opem ferendam*. Gr. 154 a.

<sup>59</sup> *et*: “etiam”.

<sup>60</sup> *legatus*. Lugarteniente del cónsul; mandaba el ejército en ausencia de su jefe. Q. Fabio, ya anciano, fué legado a las órdenes de su hijo.

cim lictores pro <sup>61</sup> more anteibant. Equo <sup>62</sup> vehebatur senex nec, appropinquante consule, descendit. Iam ex lictoribus undecim verecundia <sup>63</sup> paternae maiestatis taciti <sup>64</sup> praeterierant. Quod cum consul animadvertisset, proximum lictorem iussit inclamare <sup>65</sup> Fabio patri ut ex equo descenderet.<sup>66</sup> Pater tum desiliens: "Non ego, fili, inquit, tuum imperium contempsi, sed experire volui num <sup>67</sup> scires consulem agere."<sup>68</sup> Ad summam senectutem vixit Fabius Maximus, dignus tanto cognomine.<sup>69</sup> Cautior quam promptior <sup>70</sup> habitus est, sed insita eius ingenio <sup>71</sup> prudentia bello,<sup>72</sup> quod tum gerebatur, aptissima erat. Nemini dubium est quin <sup>73</sup> rem Romanam cunctando <sup>74</sup> restituerit.

<sup>61</sup> *pro*: «según». Gr. 253, 8 d.

<sup>62</sup> *equo*. Abl. instr.

<sup>63</sup> *verecundia*: «por respeto».

<sup>64</sup> *taciti*. Predicado. Gr. 158, obs. 3.

<sup>65</sup> *proximum lictorem* (subj. del infinitivo) *iussit inclamare*. Gr. 493 c. *ut... descenderet*. Gr. 516.

<sup>67</sup> *num*. Gr. 509 b.

<sup>68</sup> *consulem agere*: «conducirte como cónsul».

<sup>69</sup> *dignus...cognomine*. Gr. 442 b.

<sup>70</sup> *cautior quam promptior*. Gr. 48.

<sup>71</sup> *ingenio*. Dativo dependiente de *insita* (partic. de "insero," *insēvi*, *insitum*). Gr. 431 c.

<sup>72</sup> *bello*. Dativo dependiente de "aptissima (Gr. 434 b) erat", predicado de "insita prudentia".

<sup>73</sup> *quin*. Gr. 523 b.

<sup>74</sup> *cunctando*: «vacilando», «dudando». Gr. 153, d. Fabio fué apellidado "Cunctator".

## II

### M. PORCIUS CATO.

#### I.—*Juventud de Catón. Sus primeras hazañas bélicas.*

M. Porcius Cato, ortus municipio Tusculo,<sup>1</sup> adulescentulus, priusquam honoribus<sup>2</sup> operam daret,<sup>3</sup> ruri<sup>4</sup> in praediis paternis versatus est, deinde Romam demigravit et in foro esse coepit. Primum stipendium meruit<sup>5</sup> annorum decem septemque,<sup>6</sup> Q. Fabio consule, cui postea semper adhaesit. Inde castra secutus est<sup>7</sup> Claudii Neronis, eiusque opera magni<sup>8</sup> aestimata est in proelio apud Senam,<sup>9</sup> quo cecidit Hasdrübal, frater Hannibalis. Ab adulescentia frugalitatem temperantiamque coluit. Pellibus

<sup>1</sup> *ortus municipio* (Gr. 437 d) *Tusculo* (Gr. 167). "Tusculo", ciudad del Lacio, hoy Frascati. Llamábase "municipium" a la ciudad conquistada cuyos habitantes tenían la condición de ciudadanos Romanos.

<sup>2</sup> *honoribus*. Las magistraturas a que aspiraba.

<sup>3</sup> *operam daret*. Esta locución, seguida de un dativo, significa «consagrarse a».

<sup>4</sup> *ruri*. Locativo. Gr. 450 b.

<sup>5</sup> *stipendium meruit*. "Stipendium merere o mereri", o simplemente, "mereri": «servir como soldado». "Primum stipendium meruit": «hizo sus primeras armas».

<sup>6</sup> *annorum decem septemque*: "cum esset decem septemque annorum".

<sup>7</sup> *castra secutus est*: «sirvió a las órdenes de».

<sup>8</sup> *magni*: «en mucho». Genitivo de estimación, Gr. 430 e.

<sup>9</sup> *Senam*. En la Umbria.

haedinis pro stragula veste utebatur; eodem cibo quo milites vescebatur;<sup>10</sup> aquam in bellicis expeditionibus potabat; si nimio aestu torqueretur, acetum;<sup>11</sup> si vires deficerent, paululum vilis vini.

## II.—Disensiones entre Catón y Escipión “el Africano”.

Quaestor<sup>12</sup> Scipioni Africano obtigit,<sup>13</sup> et cum eo parum amice vixit; nam, parcimoniae amans,<sup>14</sup> non probabat sumptus quos Scipio faciebat. Quare, eo relicto, Romam rediit, ibique Scipionis vitam palam et aperte reprehendit, quasi militarem disciplinam corrumpere.<sup>15</sup> Dictitabat illum cum pallio<sup>16</sup> et crepidis<sup>17</sup> solitum<sup>18</sup> ambulare in Gymnasio,<sup>19</sup> palaestrae<sup>20</sup> operam

<sup>10</sup> *pellibus...utebatur; eodem cibo...vescebatur.* Gr. 441 b.

<sup>11</sup> *acetum.* Esta palabra designa probablemente aquí una mezcla refrescante de agua y vinagre llamada “posca”.

<sup>12</sup> *quaestor.* Los cuestores, en número de dos, eran originariamente jueces encargados de instruir los procesos criminales; sus funciones fueron luego puramente financieras. Desde el año 421 hubo cuatro cuestores, dos de los cuales (“urbani”) tenían a su cargo el tesoro público: los otros dos acompañaban al cónsul y estaban encargados de administrar los fondos del ejército, recibir el dinero procedente de Roma, cuidar de los viveres y, a veces, desempeñar algún mando militar. Durante el Imperio su número variaba de 20 a 40 y sus atribuciones quedaron muy restringidas.

<sup>13</sup> *Scipioni* (Gr. 431 c) *obtigit*: «le tocó o correspondió como cuestor a Escipión Africano». Cfr. “Aquaria provincia tibi obtigit” (Cic.)

<sup>14</sup> *parcimoniae amans.* Gr. 429 b.

<sup>15</sup> *quasi...corrumpere.* Gr. 539.

<sup>16</sup> *pallio* (de “pallium”), era la parte principal del vestido exterior (“amicus”) entre los Griegos, como la “toga” lo era entre los Romanos.

<sup>17</sup> *crepidis.* De “crepida”, “-ae”. Sandalia griega, cuya forma más usual consistía en una suela fuerte y ancha, en cuyo borde se fijaban unas orejas (“ansae”), por las cuales pasaba una correa que la sujetaba al pie y a la parte inferior de la pierna.

<sup>18</sup> *solitum* (“esse”).

<sup>19</sup> *gymnasio.* Lugar público de esparcimiento entre los Griegos, en el cual había pórticos, paseos, baños, etc., y podían practicarse ejercicios físicos.

<sup>20</sup> *palaestrae.* Parte del “gymnasium” reservada a la lucha: «lucha, ejercicios gimnásticos».

dare, militum licentiae indulgēre.<sup>21</sup> Quod crimen<sup>22</sup> non verbo, sed facto diluit Scipio. Nam cum ea de re legati Roma Syracusas missi essent, Scipio exercitum omnem eo<sup>23</sup> convenire et classem expediri<sup>24</sup> iussit, tamquam<sup>25</sup> dimicandum eo die terra marique cum Carthaginiensibus esset;<sup>26</sup> postridie, legatis inspecantibus, pugnae simulacrum exhibuit. Tum eis armamentaria, horrea omnemque belli apparatus ostendit. Reversi Romam legati omnia apud exercitum Scipionis praeclare se habere renuntiarunt.<sup>27</sup>

### III.—*Actitud severa de Catón ante el excesivo lujo femenino.*

Eadem asperitate Cato matronarum luxum insectatus est. Scilicet in medio ardore belli Punici, Oppius, tribunus plebis,<sup>28</sup> legem tulerat, qua vetabantur mulieres<sup>29</sup> Romanae plus semuncia<sup>30</sup> auri habere, vestimento varii coloris uti et iuncto vehiculo<sup>31</sup> in urbe vehi. Confecto autem bello et florente re publica, matronae pristina ornamenta<sup>32</sup> sibi reddi postulabant; omnes

<sup>21</sup> *licentiae indulgere.* Gr. 431 b.

<sup>22</sup> *quod crimen:* «acusación que».

<sup>23</sup> *eo:* «in eum locum».

<sup>24</sup> *classem expediri:* «disponer», «preparar la escuadra».

<sup>25</sup> *tanquam.* Gr. 539.

<sup>26</sup> *dimicandum... esset.* Gr. 149.

<sup>27</sup> *omnia... praeclare se habere renuntiarunt:* «declararon que todo se encontraba perfectamente».

<sup>28</sup> *tribunus plebis.* Los tribunos, elegidos por los «concilia tributa», fueron, en un principio, dos o cinco; su número subió más tarde a diez. La prerrogativa principal de tales funcionarios era la «intercessio» o derecho de oponer su veto a los proyectos de los demás magistrados, sin excluir a los tribunos mismos. Eran inviolables («sacrosancti»).

<sup>29</sup> *vetabantur mulieres.* Construcción personal. Gr. 497 a.

<sup>30</sup> *plus semuncia.* Gr. 342. Media «uncia» o vigésima cuarta parte del «as».

<sup>31</sup> *iuncto vehiculo:* «carruaje tirado por varios caballos».

<sup>32</sup> *pristina ornamenta.* Suj. de «reddi», infin. pasivo de «reddere». Para la construcción de «postulare» con la proposición de infinitivo, Gr. 514 b.

vias urbis obsidebant virosque ad forum descendentes orabant ut <sup>33</sup> legem Oppiam abrogarent. Quibus <sup>34</sup> acerrime restitit Cato, sed frustra, nam lex est abrogata.

#### IV.—Catón en España.

Cato, creatus consul, in Hispaniam adversus Celtiberos profectus est. Quos acri proelio vicit et ad deditionem compulit. Eo in bello Cato cum ultimis militum parcimonia, vigiliis et labore certavit, nec in quemquam gravius severiusque imperium exercuit quam in semetipsum. Cum Hispanos ad defectionem pronos videret, cavendum <sup>35</sup> iudicavit ne deinceps rebellare possent. Id autem effecturum se credebat <sup>36</sup> si eorum muros dirueret. Sed veritus ne, si id universis civitatibus imperaret communi edicto, non <sup>37</sup> obtemperarent, scripsit ad singulas separatim ut <sup>38</sup> muros diruerent, epistolasque omnibus simul eodemque die reddendas curavit.<sup>39</sup> Cum unaquaeque sibi soli imperari <sup>40</sup> putaret, universae paruerunt. Cato, Romam reversus, de Hispania triumphavit.

<sup>33</sup> *orabant ut... abrogarent.* Gr. 514.

<sup>34</sup> *quibus* ("matronis").

<sup>35</sup> *cavendum* ("esse").

<sup>36</sup> *id... credebat... si dirueret.* Proposición condicional del tipo A en estilo indirecto. (Dir.: "efficiam... si diruam") Gr. 551 a.

<sup>37</sup> *veritus ne... non.* Gr. 520 b.

<sup>38</sup> *scripsit... ut.* "Scribo" indica aquí la expresión de una orden, un deseo. Gr. 514.

<sup>39</sup> *epistolas... reddendas curavit.* Gr. 480 c.

<sup>40</sup> *imperari.* Pasiva impersonal.

V.—*Catón, censor.*

Postea Cato, censor <sup>41</sup> factus, severe ei praefuit potestati. Nam et in complūres nobiles animadvertit, et <sup>42</sup> in primis L. Flaminium, virum consularem, senatu movit. <sup>43</sup> Cui inter alia facinora illud obiecit. Cum esset in Gallia Flamininus, mulierem, cuius amore deperibat, ad cenam vocavit, eique forte inter cenandum dixit multos capitis damnatos <sup>44</sup> in vinculis <sup>45</sup> esse, quos securi percussurus esset. <sup>46</sup> Tum illa negavit se unquam <sup>47</sup> vidisse quemquam <sup>48</sup> securi ferientem, et pervelle <sup>49</sup> id videre. Statim Flamininus unum ex his, qui in carcere detinebantur, adduci iussit, et ipse securi percussit. . . .

VI.—*Catón pide obstinadamente la destrucción de Cartago.*

Cum in senatu de tertio Punico bello ageretur, Cato iam senex delendam Carthaginem censuit, negavitque, ea stante, salvam esse posse rem publicam. Cum autem id, <sup>50</sup> contradicente Scipione Nasica, non facile patribus persuaderet, deinceps, quoties de re aliqua sententiam dixit in senatu, addidit semper: "Hoc

<sup>41</sup> *censor*. Este cargo fué instituido en 443 a. J. C. Los censores, en número de dos, tenían como principales funciones, las siguientes: 1º Evaluar la fortuna de los ciudadanos y redactar los registros de las tribus, clases y centurias. 2º Formar la lista de senadores y caballeros. 3º Administrar la hacienda del Estado. Como secuela de estas atribuciones podían infamar a un ciudadano y excluir del orden ecuestre o del Senado a los merecedores de tal ignominia.

<sup>42</sup> *et... et*. Gr. 260.

<sup>43</sup> *Senatu movit*: «removió del Senado».

<sup>44</sup> *capitis damnatos*. Gr. 430 a, nota 1.

<sup>45</sup> *in vinculis*: «en la cárcel».

<sup>46</sup> *percussurus esset*. Gr. 147.

<sup>47</sup> *negavit se unquam*: «dijo que nunca».

<sup>48</sup> *quemquam*. Gr. 386 e.

<sup>49</sup> *pervelle*: «y que deseaba vivamente».

<sup>50</sup> *id*. Complemento de "persuaderet". Gr. 417.

censeo et Carthaginem esse delendam". Tandem in curiam intulit ficum praecocem et, excussa toga, effudit: cuius<sup>51</sup> cum pulchritudinem patres admirarentur, interrogavit eos Cato quando ex arbore lectam putarent.<sup>52</sup> Illis ficum recentem videri affirmantibus: "Atqui, inquit, abhinc tres dies<sup>53</sup> scitote decerptam esse Carthagine. Tam prope ab hoste absumus!" Movit ea res patrum animos et bellum Carthaginensibus indictum est.

VII.—Educación dada por Catón a su hijo.

Fuit Cato, ut senator egregius, ita<sup>54</sup> bonus pater. Cum ei natus esset filius, nullis negotiis nisi publicis impediabatur quominus adesset<sup>55</sup> matri infantem abluenti et fasciis<sup>56</sup> involventi.<sup>57</sup> Illa enim proprio lacte filium alebat. Ubi aliquid intelligere potuit puer, eum pater ipse in litteris instituit, licet<sup>58</sup> idoneum et eruditum domi servum haberet. Nolebat enim servum<sup>59</sup> filio<sup>60</sup> maledicere vel aurem vellicare, si tardior in discendo esset, neque filium tanti beneficii, hoc est, doctrinae, debitorem esse servo. Itaque ipse eius<sup>61</sup> ludi magister, ipse legum doctor, ipse lanista<sup>62</sup> fuit. Conscripsit manu sua grandibus litteris historias,

<sup>51</sup> cuius ("fici").

<sup>52</sup> quando...putarent. Interrogativa indirecta. Gr. 509.

<sup>53</sup> abhinc tres dies. Gr. 423.

<sup>54</sup> ut...ita. Gr. 538.

<sup>55</sup> impediabatur quominus adesset. Gr. 522.

<sup>56</sup> fasciis. "Fascia" indica aquí una tira de lana larga y estrecha con la cual se envolvía a los niños de pecho desde la cabeza hasta los pies, sin dejarse al descubierto más que la cara.

<sup>57</sup> abluenti et...involventi. Gr. 480 a.

<sup>58</sup> licet...haberet. Gr. 537 d.

<sup>59</sup> servum. Sujeto de "maledicere", infinitivo dependiente de "nolebat". Gr. 493 e.

<sup>60</sup> filio. Dativo. Gr. 431 b.

<sup>61</sup> eius ("filii").

<sup>62</sup> lanista. Designa al encargado de adiestrar a los gladiadores en sus ejercicios.

ut etiam in paterna domo ante oculos proposita haberet<sup>63</sup> veterum instituta et exempla.

VIII.—*Vejez y muerte de Catón.*

Cato ab adolescentia usque ad extremam aetatem inimicitias, rei publicae causa,<sup>64</sup> suscipere non destitit: <sup>65</sup> ipse, a multis accusatus, non modo nullum existimationis detrimentum fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit. Quartum et octogesimum annum agens, ab inimicis capitali crimine accusatus,<sup>66</sup> suam ipse causam peroravit, nec quisquam <sup>67</sup> aut memoriam eius tardiorum, aut lateris firmitatem imminutam, aut os haesitatione impeditum animadvertit. Non illum enervavit nec afflixit senectus: ea aetate aderat amicis, veniebat in senatum frequens.<sup>68</sup> Graecas etiam litteras <sup>69</sup> senex didicit. Quando obreperet senectus,<sup>70</sup> vix intellexit. Sensim sine sensu aetas ingravescebat; nec subito fracta est, sed diuturnitate quasi exstincta. Annos quinque et octoginta natus excessit e vita.

<sup>63</sup> *haberet* ("filius").

<sup>64</sup> *rei publicae causa*. Gr. 255.

<sup>65</sup> *suscipere... destitit*. Gr. 472 a.

<sup>66</sup> *crimine accusatus*. Gr. 430 a.

<sup>67</sup> *nec quisquam*: "et nemo". Gr. 386 e.

<sup>68</sup> *frequens*: «frecuentemente». Gr. 42 y 158, obs. 3.

<sup>69</sup> *Graecas... litteras*: «la lengua griega».

<sup>70</sup> *quando obreperet senectus*. Interr. indir. Gr. 509.

### III

#### C. IULIUS CAESAR.

##### I.—*Julio César incurre en la enemistad de Sila.*

C. Iulius Caesar, nobilissima genitus familia, <sup>1</sup> annum agens sextum et decimum, patrem amisit. Paulo post Corneliam in matrimonium duxit, <sup>2</sup> cuius cum pater esset Sullae inimicus, voluit Sulla Caesarem compellere ut <sup>3</sup> eam dimitteret; neque id potuit efficere. Ob eam causam Caesar bonis <sup>4</sup> spoliatus, cum etiam ad mortem quaereretur, mutata veste, <sup>5</sup> noctu elapsus est ex urbe, et quamquam tunc quartanae <sup>6</sup> morbo laborabat, prope per singulas noctes latebras commutare cogebatur; sic quoque <sup>7</sup> comprehensus a Sullae liberto, vix data pecunia evasit. Postremo per proximos suos veniam impetravit, diu repugnante Sulla, <sup>8</sup>

<sup>1</sup> *nobilissima familia*. Gr. 438 d. César pretendía relacionar su nombre de familia (gens Iulia) con el de Iulus, hijo de Eneas y fundador, según la tradición, de Alba Longa.

<sup>2</sup> *Corneliam in matrimonium duxit*, o simplemente, "duxit" o "Corneliam duxit uxorem" (pred.): «se casó con Cornelia».

<sup>3</sup> *compellere ut*. Gr. 514.

<sup>4</sup> *bonis*. Ablativo. Gr. 439.

<sup>5</sup> *mutata veste*: «con otro traje».

<sup>6</sup> *quartanae* ("febris").

<sup>7</sup> *sic quoque*: «incluso así», «a pesar de tantas precauciones».

<sup>8</sup> *diu repugnante Sulla*: «aunque Sila se resistió largo tiempo». Ablativo absoluto equivalente a una subordinada concesiva. Gr. 454 d.

qui cum deprecantibus ornatissimis viris denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatus tandem, dixit eum, quem salvum tantopere cuperent,<sup>9</sup> aliquando optimatum partibus<sup>10</sup> exitio futurum,<sup>11</sup> multosque in eo puero inesse<sup>12</sup> Marios. ✓

II.—*Véngase César de unos piratas que lo habian apresado.*

Caesar, mortuo Sulla et composita seditione civili, Rhodum<sup>13</sup> secedere statuit, ut per otium Apollonio,<sup>14</sup> tunc clarissimo didicendi magistro, operam daret; sed in itinere a piratis captus est, mansitque apud eos quadraginta dies. Ita porro per illud omne spatium se gessit, ut<sup>15</sup> piratis terrori pariter ac venerationi esset,<sup>16</sup> atque, ne iis suspicionem ullam daret, qui oculis tantummodo eum custodiebant, numquam aut nocte aut die excalceatus est.<sup>17</sup> Interim comites servosque dimiserat ad expediendas pecunias quibus<sup>18</sup> redimeretur. Viginti talenta piratae postulaverant; ille vero quinquaginta daturum se spondit: <sup>19</sup> quibus numeratis, expositus est<sup>20</sup> in litore. Caesar liberatus, confestim Miletum, quae urbs<sup>21</sup> proxime aberat, properavit, ibique contracta classe, stantes adhuc in eodem loco praedones noctu

<sup>9</sup> *cuperent.* Gr. 543, 4.

<sup>10</sup> *optimatum partibus:* «el partido aristocrático».

<sup>11</sup> *partibus exitium futurum* (“esse”). Gr. 433 b.

<sup>12</sup> *in eo... inesse.* Gr. 431 c.

<sup>13</sup> *Rhodum.* Gr. 118 c.

<sup>14</sup> *Apollonio.* Apolonio Molón, maestro de Cicerón y de otros oradores Romanos.

<sup>15</sup> *ita... se gessit ut:* «se comportó de modo que».

<sup>16</sup> *piratis terrori... esset:* Gr. 433 b.

<sup>17</sup> *numquam excalceatus est.* Para evitar la sospecha de que quisiera huir a nado.

<sup>18</sup> *quibus:* “ut eis”. Gr. 543 b.

<sup>19</sup> *daturum* (“esse”) *se spondit.* Gr. 493 b.

<sup>20</sup> *expositus est:* «fué desembarcado».

<sup>21</sup> *quae urbs.* Gr. 199 c.

adortus,<sup>22</sup> aliquot naves, mersis aliis, cepit, piratasque ad deditionem redactos eo affecit supplicio quod<sup>23</sup> illis saepe per iocum<sup>24</sup> minatus erat, dum ab iis detinebatur: crucibus illos suffigi iussit.

### III.—*Pasión de César por la gloria y el mando.*

Iulius Caesar, quaestor factus, in Hispaniam profectus est; cumque Alpes transiret, et ad conspectum pauperis cuiusdam vici comites eius per iocum inter se disputarent, num illic etiam esset<sup>25</sup> ambitioni locus, serio dixit Caesar malle se ibi primum esse quam Romae<sup>26</sup> secundum. Ita animus dominationis avidus a prima aetate regnum<sup>27</sup> concupiscebat, semperque in ore habebat hos Euripidis, graeci poetae, versus:

“Nam si violandum est ius, regnandi gratia<sup>28</sup>  
Violandum est; aliis rebus pietatem colas”.<sup>29</sup>

Cum vero Gades,<sup>30</sup> quod est Hispaniae oppidum,<sup>31</sup> venisset, visa Alexandri Magni imagine, ingemuit et lacrimas fudit: causam<sup>32</sup> quaerentibus amicis: “Nonne, inquit, idonea dolendi causa est, quod nihildum memorabile gesserim, eam aetatem adeptus<sup>33</sup> qua Alexander iam terrarum orbem subegerat?”.

<sup>22</sup> *adortus*. Gr. 476 a.

<sup>23</sup> *quod*: «con que».

<sup>24</sup> *per iocum*: «en broma».

<sup>25</sup> *num...esset*. Gr. 509 b.

<sup>26</sup> *Romae*. Locativo. Gr. 450 a.

<sup>27</sup> *regnum*: “summam potestatem”.

<sup>28</sup> *gratia*. Gr. 255.

<sup>29</sup> *colas*. Gr. 142 e.

<sup>30</sup> *Gades*. Hoy Cádiz.

<sup>31</sup> *quod est... oppidum*. El relativo, en vez de concertar con su antecedente “Gades”, ha sido atraído por el predicado “oppidum”. Gr. 203.

<sup>32</sup> *causam*. Compl. dir. de “quaerentibus amicis”.

<sup>33</sup> *adeptus*. Gr. 476 a. Su compl. dir. es “eam” aetatem”.

IV.—*Consulado de César.*

Iulius Caesar in captanda plebis gratia<sup>34</sup> et ambiendis honoribus patrimonium effudit: aere alieno oppressus, ipse dicebat sibi opus esse<sup>35</sup> millies sestertium<sup>36</sup> ut haberet nihil.<sup>37</sup> His artibus consulatum adeptus est; collega<sup>38</sup> ei datus M. Bibulus, cui Caesaris consilia non placebant. Iníto magistratu, Caesar legem agrariam tulit, hoc est, de dividendo egenis civibus agro publico:<sup>39</sup> cui legi cum senatus repugnaret, Caesar rem ad populum detulit. Bibulus collega in forum venit ut legi ferendae<sup>40</sup> assisteret, sed tanta commota est seditio, ut in caput consulis<sup>41</sup> cophīnus stercoris plenus effunderetur, fascesque<sup>42</sup> frangerentur. Tandem Bibulus, a satellitibus Caesaris foro expulsus, domi se continere per reliquum anni tempus coactus est, curiaque abstinere. Interea unus Caesar omnia ad arbitrium<sup>43</sup> in re publica administravit; unde quidam homines faceti, quae eo anno gesta sunt, non, ut mos erat, consulibus Caesare et Bibulo acta esse

<sup>34</sup> *in captanda... gratia.* Gr. 154 b.

<sup>35</sup> *opus esse.* Gr. 441 c.

<sup>36</sup> *millies sestertium.* Cuando el genitivo "sestertium" (Gr. 303) va precedido de un adverbio numeral en -ie(n)s, hay que sobreentender "centena milia". "Millies centena milia sestertium": «mil veces cien mil sestercios» o sea «cien millones».

<sup>37</sup> *ut haberet nihil.* Después de pagar sus deudas.

<sup>38</sup> *collega:* «como colega». Gr. 158, obs. 2.

<sup>39</sup> *de dividendo agro publico:* Gr. 154 b.; "agro publico": «tierras del Estado». En virtud de su ley agraria, César hizo repartir a dos mil cabezas de familia las tierras públicas de Campania.

<sup>40</sup> *legi ferendae.* Gr. 154 a.; "legem ferre": «proponer, hacer votar una ley».

<sup>41</sup> *consulis:* (Bibuli).

<sup>42</sup> *fasces.* Insignia que los "lictos" llevaban sobre el hombro izquierdo, delante de determinados magistrados Romanos. Los "fasces" consistían en varillas de abedul o de olmo, atadas con correas, en forma de haz. Durante el periodo real y en los primeros tiempos de la República, se colocaba un hacha ("securis") en su parte media, pero a partir del consulado de Públicola, sólo el dictador tenía este privilegio dentro de Roma y, fuera de ella, los cónsules al frente de sus ejércitos y los cuestores en sus provincias.

<sup>43</sup> *ad arbitrium* ("suum").

dicebant, sed Iulio et Caesare, unum consulem nomine et cognomine <sup>44</sup> pro duobus appellantes.

V.—*Conquista de las Galias.*

Iulius Caesar, functus consulatu,<sup>45</sup> Galliam provinciam sorte obtinuit. Gessit autem novem annis, quibus in imperio fuit, haec fere: Galliam ulteriorem in provinciae Romanae formam redegit; Germanos,<sup>46</sup> qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum, ponte fabricato, aggressus, maximis affectit cladibus. Britannos, antea ignotos, vicit, iisque pecunias et obsides imperavit. Quo in bello <sup>47</sup> multa a Caesare egregie facta narrantur. Inclinate in fugam exercitu, rapuit e manu militis fugientis scutum, et in primam aciem <sup>48</sup> volitans, pugnam restituit. In alio proelio, aquiliferum <sup>49</sup> terga vertentem faucibus <sup>50</sup> compre-

<sup>44</sup> *nomine et cognomine.* Un Romano tenía regularmente tres nombres: "praenomen" o nombre personal: "nomen" o nombre de la "gens" y "cognomen" o nombre de familia, el cual, en su origen era, con frecuencia, un apodo: Marcus ("praenomen") Tullius ("nomen") Cicero ("cognomen", de "cicer", «garbanzo»). Un cuarto o quinto nombre podía añadirse para indicar, ya un honor o distinción, ya la adopción de un individuo por otra "gens": Publius Cornelius Scipio Africanus (por sus triunfos en Africa) Aemilianus (por haber sido adoptado por la "gens Aemilia"). Los "praenomina" más usuales aparecen abreviados así:

A. Aulus.	L. Lucius.	Q. Quintus
App. (Ap.) Appius.	M. Marcus.	Ser. Servius.
C. (G.) Gaius ("Caius")	M' Manius.	Sex. (S.) Sextus.
Cn. (Gn.) Gnaeus ("Cneius")	Mam. Mamercus.	Sp. Spurius.
D. Decimus.	N. (Num.) Numerius.	T. Titus.
K. Kaeso ("Caeso").	P. Publius.	Ti. (Tib.) Tiberius.

<sup>45</sup> *consulatu.* Gr. 441 b.

<sup>46</sup> *Germanos.* Compl. dir. de "aggressus".

<sup>47</sup> *quo in bello:* "in eo autem bello."

<sup>48</sup> *in primam aciem:* «hacia la primera fila».

<sup>49</sup> *aquiliferum.* A partir del segundo consulado de Mario, cada legión tenía como enseña o distintivo un águila de plata con las alas abiertas, que era llevada por el "aquilifer", cargo que desempeñaba el centurión más antiguo de la primera cohorte. Cada cohorte y cada manipulo tenía sus enseñas ("signa") de variadas formas.

<sup>50</sup> *faucibus:* «por la garganta». Del singular de "fauces" sólo se usa el ablativo "fauce".

hendit, in contrariam partem retraxit, dexteramque ad hostem protendens: "Quorsum tu, inquit, abis? Illic sunt cum quibus<sup>51</sup> dimicamus." Quo facto<sup>52</sup> militibus animos addidit.

### VI.—Comienzo de la guerra civil.

Caesar, cum adhuc in Gallia detineretur, ne imperfecto bello discederet, postulavit ut sibi liceret, quamvis absentí,<sup>53</sup> secundum consulatum petere; quod ei a senatu est negatum. Ea re commotus, in Italiam rediit, armis iniuriam acceptam vindicaturus;<sup>54</sup> plurimisque urbibus occupatis, Brundisium<sup>55</sup> contendit, quo<sup>56</sup> Pompeius consulesque confugerant. Tunc summae audaciae facinus Caesar edidit: Brundisio Dyrrachium,<sup>57</sup> inter oppositas classes, gravissima hieme transmisit; cessantibusque copiis,<sup>58</sup> quas subsequi iusserat, cum ad eas arcessendas frustra misisset,<sup>59</sup> morae impatiens, castris noctu egreditur, clam solus naviculam conscendit, obvoluto capite ne agnosceretur. Mare, adverso vento vehementer flante,<sup>60</sup> intumescebat; in altum<sup>61</sup> tamen protinus dirigi navigium iubet; cumque gubernator, paene obrutus fluctibus, adversae tempestati cederet: "Quid times?", ait, "Caesarem vehis."

<sup>51</sup> *cum quibus*: "ii cum quibus". Gr. 200.

<sup>52</sup> *quo facto*. Abl. instr. Gr. 125.

<sup>53</sup> *absenti*. La ley requería que los aspirantes al consulado presentasen personalmente su candidatura en los comicios.

<sup>54</sup> *vindicaturus*: "ut vindicaret". Gr. 480 c.

<sup>55</sup> *Brundisium*. Hoy Brindisi, puerto del Adriático.

<sup>56</sup> *quo*. Adverbio.

<sup>57</sup> *Dyrrachium*. Hoy Durazzo, en Iliria, a orillas del Adriático.

<sup>58</sup> *cessantibus copiis*. Gr. 454 d.

<sup>59</sup> *misisset* ("nuntius").

<sup>60</sup> *adverso vento flante*: «a causa de que el viento soplabá en sentido contrario». Gr. 454 d.

<sup>61</sup> *altum* ("mare").

VII.—*Batalla de Farsalia. Guerra contra Farnaces, rey del Ponto, y derrota de los partidarios de Pompeyo en Africa y España.*

Deinde Caesar Thessaliam<sup>62</sup> petiit, ubi Pompeium Pharsalico proelio fudit; fugientem persecutus est, eumque in itinere cognovit occisum esse. Tum bellum Ptolemaeo,<sup>63</sup> Pompeii interfectori, intulit, a quo sibi quoque insidias parari videbat. Quo victo, Caesar in Pontum<sup>64</sup> transiit, Pharnacemque, Mithridatis filium, rebellantem aggressus, intra<sup>65</sup> quintum ab adventu diem, quattuor vero, quibus in conspectum venerat, horis,<sup>66</sup> uno proelio profligavit. Quam<sup>67</sup> victoriae celeritatem inter triumphandum<sup>68</sup> notavit, inscripto inter pompae ornamenta trium verborum titulo: <sup>69</sup> “veni, vidi, vici.” Sua<sup>70</sup> deinceps Caesarem usquequaque comitata est fortuna. Scipionem<sup>71</sup> et Iubam, Numidiae regem, reliquias Pompeianarum partium in Africa refoventes, devicit. Pompeii liberos<sup>72</sup> in Hispania superavit: clementer usus est victoria, et omnibus, qui contra eum arma tulerant, pepercit. Regressus in urbem, quinque triumphavit.

<sup>62</sup> *Thessaliam*. Tesalia. provincia septentrional de la antigua Grecia.

<sup>63</sup> *Ptolemaeo*. Rey de Alejandría, hermano de la famosa Cleopatra, en cuya corte se había refugiado Pompeyo, vencido en Farsalia.

<sup>64</sup> *Pontum*. El reino del Ponto, al norte del Asia Menor y a orillas del Ponto Euxino (hoy Mar Negro).

<sup>65</sup> *intra*. Gr. 453 c.

<sup>66</sup> *quattuor vero, quibus in conspectum* (“Pharnacis”) *venerat, horis*: «a las cuatro horas de haber llegado a su presencia» («de haber trabado la lucha»). “Venire in conspectum alicuius”: «llegar a la presencia de alguien».

<sup>67</sup> *quam*: “eam autem”.

<sup>68</sup> *inter triumphandum*: “inter triumphum”: «durante (mientras se celebraba) el triunfo». Gr. 153 c; 252, 11 b.

<sup>69</sup> *inscripto... titulo*: «con un letrero».

<sup>70</sup> *sua*. Se refiere al complemento. Gr. 183.

<sup>71</sup> *Scipionem*. Metelo Escipión, nieto de Escipión Nasica, hijo adoptivo de Metelo y suegro de Pompeyo.

<sup>72</sup> *liberos*: Cneo y Sexto.

VIII.—*Conspiración contra César. Su muerte.*

Bellis civilibus confectis, Caesar, dictator in perpetuum creatus, agere insolentius<sup>73</sup> coepit: senatum ad se venientem sedens excepit, et quendam ut assurgeret monentem<sup>74</sup> irato vultu respexit. Cum Antonius, Caesaris in omnibus expeditionibus comes, et tunc in consulatu collega, ei in sella aurea sedenti pro rostris,<sup>75</sup> diadema, insigne regium, imponeret, non visus est eo facto offensus. Quare coniuratum est in eum<sup>76</sup> a sexaginta et amplius viris, Cassio et Bruto ducibus<sup>77</sup> conspiracy. Cum igitur Caesar idibus Martiis<sup>78</sup> in senatum venisset, assidentem specie officii circumsteterunt,<sup>79</sup> ilicoque unus e coniuratis, quasi aliquid rogaturus, propius accessit, renuentique<sup>80</sup> togam ab utroque umero apprehendit. Deinde clamantem: <sup>81</sup> “Ista <sup>82</sup> quidem vis est”, Cassius vulnerat paulo infra iugulum. Caesar Cassii brachium arreptum graphio<sup>83</sup> traiecit, conatusque prosilire,

<sup>73</sup> *insolentius*. Gr. 50.

<sup>74</sup> *ut assurgeret monentem*. Gr. 514.

<sup>75</sup> *pro rostris*. “Rostra” (plural de “rostrum,-i”: «pico», «espolón de una nave»), era la tribuna, situada entre el “Forum” y el “Comitium”, que servía para los oradores en las asambleas populares y estaba adornada con los espolones de los navíos capturados a los Anciates, habitantes de “Antium”, en el Lacio, en 338 a. de J. C.

<sup>76</sup> *in eum*: «contra él».

<sup>77</sup> *Cassio et Bruto ducibus*. Gr. 454 a.

<sup>78</sup> *idibus Martiis*: «el 15 de marzo».

<sup>79</sup> *assidentem* (“Caesarem”)... *cicumsteterunt* (“coniurati”): «los conjurados rodearon a César, al tiempo de sentarse, con pretexto de saludarlo».

<sup>80</sup> *renuenti* (“Caesari”).

<sup>81</sup> *clamantem*. Compl. dir. de “vulnerat”.

<sup>82</sup> *ista* (“istud”), Gr. 205.

<sup>83</sup> *graphio*. De “graphium”. Designa el “stilus”, instrumento usado para escribir.

aliud vulnus accepit. Cum M. Brutum, quem loco filii habebat,<sup>84</sup> in se irruentem vidisset, dixit: "Tu quoque, fili mi!" Dein, ubi animadvertit undique se strictis pugionibus peti,<sup>85</sup> toga caput obvolvitur, atque ita tribus et viginti plagis confosus est.

<sup>84</sup> loco (Gr. 452 b) filii habebat: «a quien miraba como hijo».

<sup>85</sup> se... peti. "Peti" es el infinitivo pasivo de "petere", dependiente de "animadvertit". Gr. 431 b.

#### IV

### M. TULLIUS CICERO.

#### I.—*Exitos obtenidos por Cicerón en sus primeros estudios.*

M. Tullius Cicero, equestri genere,<sup>1</sup> Arpini,<sup>2</sup> quod est Volsorum oppidum, natus est. Ex eius avis unus verrucam in extremo naso<sup>3</sup> sitam habuit, ciceris grano similem: inde cognomen «Ciceronis» genti inditum.<sup>4</sup> Cum id M. Tullio a nonnullis probro verteretur: <sup>5</sup> “Dado operam”, inquit, “ut istud cognomen nobilissimorum nominum splendorem vincat.” Cum eas artes disceret, quibus aetas puerilis ad humanitatem<sup>6</sup> solet informari, ingenium eius ita eluxit, ut eum aequales, e schola redeuntes,<sup>7</sup> medium, tamquam regem, circumstantes deducerent domum: <sup>8</sup> immo eorum parentes, pueri fama commoti, in ludum litterarium<sup>9</sup> ventitabant, ut eum viderent. Ea res tamen quibusdam

<sup>1</sup> *equestri genere*: «de familia de caballeros». El “ordo equester” constituía una clase social intermedia entre el pueblo y el Senado. Pertenecían a ella los ciudadanos poseedores del censo ecuestre (400,000 sesteracios).

<sup>2</sup> *Arpini*. Locativo.

<sup>3</sup> *extremo naso*. Gr. 343.

<sup>4</sup> *inditum* (“est”).

<sup>5</sup> *M. Tullio probro verteretur*. Gr. 433 c.

<sup>6</sup> *humanitatem*: «cultura intelectual y moral, propia del hombre».

<sup>7</sup> *redeuntes*. Gr. 480 a.

<sup>8</sup> *domum*. Gr. 118 c.

<sup>9</sup> *ludum litterarium*: «la escuela».

rustici et inculti ingenii<sup>10</sup> stomachum movebat,<sup>11</sup> qui ceteros pueros graviter obiurgabant, quod talem condiscipulo suo honorem tribuerent.<sup>12</sup>

II.—*Primer discurso de Cicerón. Sus estudios en Rodas con Molón. Su cuestura en Sicilia.*

Tullius Cicero adolescens eloquentiam et libertatem<sup>13</sup> suam adversus Sullanos ostendit. Chrysogonum quendam, Sullae libertum, acriter insectatus est, quod, dictatoris potentia fretus, in bona civium invadebat. Ex quo<sup>14</sup> veritus invidiam Cicero, Athenas petivit,<sup>15</sup> ubi Antiochum philosophum studiose audiuit. Inde, eloquentiae gratia, Rhodum se contulit, ubi Molone, rhetore tum disertissimo, magistro usus est. Qui cum Ciceronem dicentem audivisset, flevisse dicitur, quod praevideret<sup>16</sup> per hunc Graecos a Romanis ingenii et eloquentiae laude superatum iri.<sup>17</sup> Romam reversus, quaestor in Sicilia fuit. Nullius vero quaestura aut gratior<sup>18</sup> aut clarior fuit. Cum in magna annonae<sup>19</sup> difficultate ingentem frumenti vim inde<sup>20</sup> Romam mitteret, Siculos initio<sup>21</sup> offendit; postea vero, ubi diligentiam, iustitiam et comitatem eius experti sunt, maiores quaestori suo honores quam ulli unquam praetori detulerunt.

<sup>10</sup> *rustici...ingenii.* Gen. de cualidad. Gr. 428 b.

<sup>11</sup> *stomachum movebat:* «suscitaba la cólera».

<sup>12</sup> *tribuerent.* Gr. 527.

<sup>13</sup> *libertatem:* «independencia».

<sup>14</sup> *ex quo:* «por lo que».

<sup>15</sup> *Athenas petivit:* «se trasladó a Atenas». Gr. 431 b.

<sup>16</sup> *praevideret.* En subjuntivo, como antes "tribuerent".

<sup>17</sup> *Graecos... superatum iri* (infinitivo futuro pasivo) Gr. 492: «que los Griegos habrían de ser sobrepujados».

<sup>18</sup> *gratior:* «digna», «merecedora de gratitud».

<sup>19</sup> *annonae:* «víveres».

<sup>20</sup> *inde:* "e Sicilia".

<sup>21</sup> *initio.* Abl. de tiempo.

III.—*Represión de la conjuración de Catilina.*

Cicero, consul factus, Sergii Catilinae coniurationem singulari<sup>22</sup> virtute, constantia curaue compressit. Namque is, indignatus quod in petitione consulatus repulsam passus esset,<sup>23</sup> et furore amens, cum pluribus viris nobiles Ciceronem interficere, senatum trucidare, urbem incendere, aerarium diripere constituerat. Quae tam atrox coniuratio a Cicerone detecta est. Catilina, metu consulis, Roma ad exercitum, quem paraverat, profugit; socii eius comprehensi in carcere necati sunt. Senator quidam filium supplicio mortis ipse affecit. Iuvenis scilicet ingenio, litteris et forma inter aequales conspicuus, pravo consilio amicitiam Catilinae secutus erat, et in castra eius properabat; quem pater ex medio itinere retractum occidit, his eum verbis increpans: “Non ego te Catilinae adversus patriam, sed patriae<sup>24</sup> adversus Catilinam genui.”

IV.—*Derrota y muerte de Catilina. Impopularidad de Cicerón.*

Non ideo Catilina ab incepto destitit, sed infestis signis<sup>25</sup> Romam petens, cum exercitu caesus est.<sup>26</sup> Adeo acriter dimicatum est, ut nemo hostium proelio superfuerit;<sup>27</sup> quem<sup>28</sup> quisque in pugando ceperat, eum, amissa anima, tegebat<sup>29</sup> locum.<sup>30</sup>

<sup>22</sup> *singulari*. Concierta con el sustantivo más próximo “virtute” (Gr. 166), pero se refiere igualmente a “constantia”, “cura”.

<sup>23</sup> *esset*. En subjuntivo, como antes “tribuerent”, “providerent”.

<sup>24</sup> *Catilinae... patriae*. Dats. de interés (Gr. 432 a): «para Catilina», «para la patria».

<sup>25</sup> *infestis signis*: «con banderas enemigas, amenazadoras».

<sup>26</sup> *caesus est*. En Pistoya, ciudad toscana (61 a. de J. C.).

<sup>27</sup> *dimicatum est... superfuerit*. Derogación de las normas de la “consecutio temporum”. Gr. 532 a.

<sup>28</sup> *quem* (“locum”).

<sup>29</sup> *tegebat*: «cubría» (con su cuerpo).

<sup>30</sup> *locum*. El antecedente se encuentra en la proposición de relativo. Gr. 199 a.



Ipse Catilina longe a suis inter eorum, quos occiderat, cadavera cecidit; morte pulcherrima,<sup>31</sup> si pro patria sua sic occubisset! Senatus populusque Romanus Ciceronem "patriae patrem"<sup>32</sup> appellavit. Ea tamen res Ciceroni postea invidiam creavit, adeo ut abeuntem magistratu<sup>33</sup> verba facere ad populum vetuerit<sup>34</sup> quidam tribunus plebis. . .

V.—*Destierro de Cicerón y conducta por él observada a su regreso.*

Paucis post annis Cicero reus factus est a Clodio, tribuno plebis, eadem de causa, quod cives Romanos necavisset.<sup>35</sup> Tunc maestus senatus, tamquam in publico luctu, vestem mutavit.<sup>36</sup> Cicero, cum<sup>37</sup> posset armis salutem suam defendere, maluit Urbe cedere,<sup>38</sup> quam sua causa caedem fieri. Proficiscentem omnes boni flentes persecuti sunt. Dein Clodius edictum proposuit, ut M. Tullio igni et aqua interdiceretur:<sup>39</sup> illius domum et villas incendit. Sed vis illa diuturna non fuit: mox enim maximo omnium ordinum studio Cicero in patriam revocatus est. Obviam ei redeunti ab universis itum est;<sup>40</sup> domus eius publica pecunia restituta est. Postea Cicero, Pompeii partes secutus, a Caesare victore veniam accepit. Quo interfecto, Octavium, he-

<sup>31</sup> *morte pulcherrima* ("occubisset").

<sup>32</sup> *patrem*. Gr. 419.

<sup>33</sup> *abeuntem magistratu*: «al cesar en su cargo». Gr. 439.

<sup>34</sup> *creavit... vetuerit*. Gr. 532 a.

<sup>35</sup> *necavisset*. Gr. 527.

<sup>36</sup> *vestem mutavit*: «cambió de vestido» («vistióse de luto»).

<sup>37</sup> *cum*: «aunque». Gr. 537 c.

<sup>38</sup> *maluit Urbe* (de Roma, Gr. 439) *cedere*. Gr. 472 d.

<sup>39</sup> *igni* (Gr. 315 c) *et aqua interdiceretur*. "Interdiceretur" es pasiva impersonal.

<sup>40</sup> *itum est*. Pasiva impersonal.

redem Caesaris, fovit atque ornavit, ut <sup>41</sup> eum Antonio rem publicam vexanti opponeret; sed ab illo <sup>42</sup> deinde desertus est et proditus.

### VI.—Muerte de Cicerón.

Antonius, iníta cum Octavio societate, Ciceronem iamdiu sibi inimicum proscripsit. Qua re audita, Cicero transversis itineribus fugit in villam quae a mari proxime aberat, et inde navem conscendit, in Macedoniam transiturus.<sup>43</sup> Cum vero iam aliquoties in altum <sup>44</sup> provectum <sup>45</sup> venti adversi rettulissent, et ipse iactationem navis pati non posset, regressus ad villam: “Moriar”, inquit, “in patria saepe servata”. Mox, adventantibus percussoribus, cum servi parati essent ad dimicandum fortiter, ipse lecticam,<sup>46</sup> qua vehebatur, deponi iussit, eosque quietos <sup>47</sup> pati quod sors iniqua cogeret. Prominenti ex lectica et immotam cervicem praebenti, caput praecisum est. Manus quoque abscessae; <sup>48</sup> caput relatum est ad Antonium eiusque iussu inter duas manus in rostris positum. Fulvia, Antonii uxor, quae se a Cicerone laesam <sup>49</sup> arbitratur, caput manibus sumpsit, in genua imposuit, extractamque linguam acu confixit.

<sup>41</sup> *ut*. Introduce una proposición consecutiva, cuyo antecedente (“ita”, “adeo”, etc.), está omitido. Gr. 530.

<sup>42</sup> *ab illo* (“Octavio”).

<sup>43</sup> *transiturus*: “ut transiret”. Gr. 480 c.

<sup>44</sup> *in altum*: «hacia alta mar».

<sup>45</sup> *provectum* (“eum”).

<sup>46</sup> *lecticam*: «litera». Este mueble, importado en Grecia y Roma de Oriente, fué al principio de uso femenino, pero luego se generalizó a las personas de ambos sexos.

<sup>47</sup> *quietos*. Predicado de “eos”, suj. de “pati”, infinitivo dependiente de “iussit” (Gr. 493 c) como “deponi” (suj. “lecticam”).

<sup>48</sup> *abscessae* (“sunt”).

<sup>49</sup> *laesam* (“esse”).

SECCION TERCERA.

C. IULII CAESARIS

BELLI GALLICI

Libri VII.

## CAYO JULIO CESAR.

La biografía de César, destacando tan sólo los hechos más salientes, puede resumirse así: nacido en Roma en el año 100 a. J. C., consagróse por entero a la política y ocupó sucesivamente los cargos de cuestor, edil curul, pontífice máximo y pretor. Terminado el desempeño de esta última magistratura, trasladóse a España en calidad de propretor, pacificó la Lusitania y recibió de sus soldados el título de "imperator". De regreso en Roma, pactó con Pompeyo y Craso el llamado "primer triunvirato". En el año 59 fué elegido cónsul, cargo desde el cual llevó a la práctica algunas reformas democráticas. Nombrado procónsul de la Galia, conquistó esta región entre los años 58 y 50. Terminada la guerra, se le exigió que como simple particular solicitase el consulado y, ante la negativa de Pompeyo a hacer otro tanto, marchó contra él, lo venció en las batallas de Farsalia (48), Tapso y Munda y fué designado cónsul único en el año 45. Solicitando entonces la colaboración de sus antiguos adversarios, ejerció el poder absoluto y procedió a reorganizar el Estado y la administración provincial. En tanto, el partido aristocrático maniobraba contra él y ponía al frente de los conspiradores a Casio, antiguo lugarteniente de Craso, y a Bruto, sobrino de Catón, a quien César quería como a un hijo. El desen-

lace de la conjura fué la muerte, en pleno Senado, del dictador, acaecida el 15 de marzo del año 44.

De la producción literaria de César, bastante numerosa y variada (teatro, oratoria, gramática, astronomía, etc.), sólo han llegado hasta nosotros los *Commentarii de bello Gallico*, en siete libros, y los *De bello Civili*, en tres. Ambas obras podrían calificarse de “memorias”, aunque César no habla nunca en ellas en primera persona. El relato de los sucesos es breve y conciso, pero lleno, por lo común, de movimiento, vida y dramatismo. En el *De bello Gallico* se describe la mayoría de las regiones recorridas por el ejército romano con minuciosa y rigurosa exactitud. A la nitidez del pensamiento corresponde en César la diaphanidad del estilo y la pureza del lenguaje (*elegantia*), que estriba en la elección de las palabras adecuadas en cada caso. Así no es de extrañar que la prosa cesariana sea considerada, a justo título, junto con la de Cicerón, como representativa de la latinidad clásica.

“Los *Comentarios* de César —escribíamos en otra ocasión<sup>1</sup>— han sido objeto de multitud de ediciones, aclaraciones y traducciones. Enrique IV de Francia y Napoleón III hicieron de ellos objeto preferente de sus estudios. Una de las primeras traducciones de esta obra en lengua vulgar fué la castellana de Diego López de Toledo (Toledo, Pedro Hagembach, 14 de julio de 1498; Alcalá, 1529; París, 1549; Madrid, 1621)<sup>2</sup>. En el siglo XVI tradujo los *Comentarios* Pedro García de Oliva. Digna es también de citarse la versión publicada en 1748 por Don Manuel de Valbuena; pero la mejor, seguramente, es la del presbítero

<sup>1</sup> Prólogo a la traducción de los *Comentarios de la Guerra de las Galias* por Goya y Muniain, revisada y corregida. Madrid-Barcelona, 1919. (Colección Universal Calpe), pág. 7.

<sup>2</sup> Cfr. Juan Antonio Pellicer y Saforcada, *Ensayo de una biblioteca de traductores españoles*. Madrid, Sancha, 1778, págs. 52-54.

Don José Goya Muniain, tanto por su fidelidad, cuanto por la elegancia de su estilo. Dióla a luz su autor en Madrid, en la Imprenta Real, año de 1798, en una edición lujosa, con mapas y el texto latino”.

Los extractos que siguen pertenecen en su totalidad a los siete libros del *De bello Gallico*, con exclusión del octavo, obra de Aulo Hircio, lugarteniente de César, y de los tres del *De bello Civili*.

## COMMENTARII <sup>1</sup> DE BELLO GALLICO.

### I

I. Gallia est omnis <sup>2</sup> divisa <sup>3</sup> in partes tres, quarum unam incölunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, <sup>4</sup> institutis, <sup>5</sup> legibus inter se diffërunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matröna <sup>6</sup> et Sequäna <sup>7</sup> dividit. <sup>8</sup> Horum omnium fortissimi <sup>9</sup> sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate <sup>10</sup> Provinciae <sup>11</sup> longissime absunt minimeque ad eos mercatores

<sup>1</sup> *Commentarii*. La palabra "commentarius" o "commentarium", aparte de su significación de «comentario» o «ilustración de algún texto o autor», tiene el que aquí le da César, o sea «relato de cosas memorables», ya que el intento del autor fué sólo registrar los hechos que consideraba dignos de perpetuo recuerdo.

<sup>2</sup> *Gallia... omnis*. La Galia en toda su extensión, no sometida aún al poder Romano, o sea el territorio comprendido entre los Alpes, los Pirineos y el Rin, teatro de las conquistas de César.

<sup>3</sup> *divisa est*: «está dividida». Gr. 476 d.

<sup>4</sup> *lingua*, etc. Gr. 445

<sup>5</sup> *institutis*: «costumbres».

<sup>6</sup> *Matrona*: «el Marne».

<sup>7</sup> *Sequana*: «el Sena».

<sup>8</sup> *dividit*, en vez de "dividunt", porque los dos ríos se consideran como un límite único. Gr. 165, obs. 1.

<sup>9</sup> *horum... fortissimi*. Gr. 428 d, 1.

<sup>10</sup> *cultu* («vida material y externa») *atque humanitate* («vida interna y moral»). Resultante de ambas es la cultura o civilización de un pueblo.

<sup>11</sup> *Provinciae*. Genitivo. Designa la "Gallia Narbonensis", o sea la parte de la Galia sometida al poder Romano en 121 a. J. C.

saepe commeant atque ea,<sup>12</sup> quae ad effeminandos animos<sup>13</sup> pertinent,<sup>14</sup> important proximique sunt Germanis,<sup>15</sup> qui trans Rhenum incōlunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute<sup>16</sup> praecedunt, quod fere cotidianis proeliis<sup>17</sup> cum Germanis contendunt, cum<sup>18</sup> aut suis finibus<sup>19</sup> eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est,<sup>20</sup> initium capit a flumine Rhodano; continetur<sup>21</sup> Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam ab<sup>22</sup> Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum; vergit<sup>23</sup> ad septentriones, Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur; pertinent ad<sup>24</sup> inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

*Orgetórige, personaje ambicioso, induce a los Helvetii a abandonar su patria (II-III).*

II. Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is, M. Messala M. Pisone consulibus,<sup>25</sup> regni cupidi-

<sup>12</sup> *ea*. Compl. directo de "important".

<sup>13</sup> *ad effeminandos animos*. Gr. 154 a.

<sup>14</sup> *pertinent ad*: «sirven».

<sup>15</sup> *proximi... Germanis*. Gr. 434 a.

<sup>16</sup> *virtute*: «en valor». Gr. 445.

<sup>17</sup> *proeliis*: «escaramuzas».

<sup>18</sup> *cum*. Temporal. Gr. 526 a.

<sup>19</sup> *suis finibus*. Gr. 439.

<sup>20</sup> *quam Gallos obtinere*: ("incolere": «habitar») *dictum est*. Gr. 497 f.

<sup>21</sup> *continetur*: «está limitada».

<sup>22</sup> *ab*: «por la parte de».

<sup>23</sup> *vergit ad septentriones*. Constelación de las dos Osas. Esta y las restantes determinaciones geográficas tienen como punto de mira la Provenza.

<sup>24</sup> *pertinent ad*: «se extienden hasta».

<sup>25</sup> *consulibus*. Gr. 585. Se trata del año 61 a. de J. C.

tate inductus, coniurationem nobilitatis<sup>26</sup> fecit et civitati persuasit<sup>27</sup> ut<sup>28</sup> de finibus suis cum omnibus copiis exirent:<sup>29</sup> perfacile esse,<sup>30</sup> cum<sup>31</sup> virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri.<sup>32</sup> Id<sup>33</sup> hoc facilius eis persuasit, quod<sup>34</sup> undique loci natura<sup>35</sup> Helvetii continentur,<sup>36</sup> una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui<sup>37</sup> agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui Provinciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre potent; qua ex parte<sup>38</sup> homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur.<sup>39</sup> Pro multitudine autem hominum<sup>40</sup> et pro gloria belli atque fortitudinis<sup>41</sup> angustos se<sup>42</sup> fines

<sup>26</sup> *nobilitatis*: "nobilium". Abstracto por el concreto, como "iuventus" por "iuvenes", "servitia" por "servi", etc. Gr. 32.

<sup>27</sup> *civitati*: ("civibus") *persuasit*. Gr. 122 a, 2 y 161.

<sup>28</sup> *ut*. Gr. 514.

<sup>29</sup> *exirent*. El sujeto gramatical es "civitas", pero el autor concierta el predicado verbal con la idea de "cives" contenida en aquella palabra.

<sup>30</sup> *perfacile esse*. Estilo indirecto. Gr. 548 a. El infinitivo depende de un "dixit", contenido implícitamente en "persuasit".

<sup>31</sup> *cum*. Causal. Gr. 527 b.

<sup>32</sup> *imperio* (Gr. 441 b) *potiri*. Infinitivo suj. Gr. 473 b.

<sup>33</sup> *id*. Complemento de "persuasit". Gr. 417.

<sup>34</sup> *hoc... quod*: «tanto más, cuanto que».

<sup>35</sup> *loci natura*: «configuración del país».

<sup>36</sup> *continentur*: «están cohibidos».

<sup>37</sup> *flumine Rheno... qui*. "Qui", masculino, porque concierta con "Rhenus" y no con "flumen" (neutro). Véase, poco más abajo, "flumine Rhodano, qui". Para el caso contrario, Gr. 204.

<sup>38</sup> *qua ex parte*: «por cuyo motivo» (el de no poder hacer la guerra a los limítrofes).

<sup>39</sup> *magno dolore afficiebantur*: «estaban sumamente descontentos».

<sup>40</sup> *pro multitudine*: «atendido su gran número».

<sup>41</sup> *gloria belli atque fortitudinis*: "gloria bellicae fortitudinis". Con frecuencia el latín expresa con un sustantivo unido a otro por medio de "et", "atque", un concepto que debería representarse con un adjetivo. Esta figura se llama «hendiadis». Cfr. "temeritas et casus": «el ciego azar». "Clamores et admirationes": «aplausos entusiastas».

<sup>42</sup> *se*. Suj. de "habere."

habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

III. His rebus adducti et auctoritate Orgetorīgis permoti, constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent,<sup>43</sup> comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum<sup>44</sup> coemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare.<sup>45</sup> Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt:<sup>46</sup> in tertium annum<sup>47</sup> profectionem lege<sup>48</sup> confirmant.<sup>49</sup> Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. Is sibi legationem ad civitates suscepit. In eo itinere persuadet<sup>50</sup> Castico, Catamantaloedis filio, Sequāno, cuius<sup>51</sup> pater regnum<sup>52</sup> in Sequanis multos annos<sup>53</sup> obtinuerat et a senatu populi Romani amicus<sup>54</sup> appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet,<sup>55</sup> quod pater ante habuerat; itemque Dummorīgi Haeduo, fratri Diviciāci, qui<sup>56</sup> eo tempore principatum<sup>57</sup> in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur persuadet

<sup>43</sup> *pertinerent*. El subjuntivo en la proposición adjetiva se explica aquí por tratarse de una opinión de los Helvetii y no del autor. Gr. 543, 3.

<sup>44</sup> *quam maximum numerum*. Gr. 346.

<sup>45</sup> *confirmare*: «consolidar».

<sup>46</sup> *duxerunt*: «juzgaron».

<sup>47</sup> *in tertium annum*. Gr. 254, 1 c.

<sup>48</sup> *lege*: «por deliberación pública».

<sup>49</sup> *confirmant*. Presente histórico (Gr. 137), como los restantes del capítulo, excepto «suscepit». «Confirmant profectionem»: «fijan la marcha».

<sup>50</sup> *persuadet...ut...occuparet*. Presente histórico con subjuntivo pasado en la subordinada. Gr. 506, 2 b. Véase más abajo «ut idem conaretur persuadet».

<sup>51</sup> *cuius* («Castici»).

<sup>52</sup> *regnum*. Autoridad suprema, no hereditaria, sino lograda por predominio sobre los restantes nobles y poderosos.

<sup>53</sup> *multos annos*. Gr. 118 b, 1.

<sup>54</sup> *amicus*. Título concedido por el Senado a los caudillos extranjeros para granjearse su simpatía o premiar algún servicio.

<sup>55</sup> *ut...occuparet*. Objeto de «persuadet».

<sup>56</sup> *qui* (Dumnorix).

<sup>57</sup> *principatum*: «el primer lugar».

eique filiam suam in matrimonium dat. Perfacile factu<sup>58</sup> esse illis<sup>59</sup> probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse<sup>60</sup> dubium quin<sup>61</sup> totius Galliae plurimum Helvetii possent; se<sup>62</sup> suis copiis<sup>63</sup> suoque exercitu illis regna conciliaturum<sup>64</sup> confirmat. Hac oratione adducti<sup>65</sup> inter se fidem et iusiurandum<sup>66</sup> dant<sup>67</sup> et regno occupato<sup>68</sup> per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri<sup>69</sup> posse sperant.<sup>70</sup>

*Prematura muerte de Oretóriges (IV). Partida de los Helvetii con otros pueblos, después de incendiar su país (V).*

*Indicación de los caminos posibles (VI).*

VI. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: <sup>71</sup> unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua <sup>72</sup> singuli carri ducerentur; mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauca prohibere <sup>73</sup> possent: alterum per Provinciam nostram, multo

<sup>58</sup> factu. Supino. Gr. 156 b.

<sup>59</sup> illis ("Castico et Dumnorigi").

<sup>60</sup> esse. Infinitivo del estilo indirecto. Gr. 548 a.

<sup>61</sup> non esse dubium quin. Gr. 523 b.

<sup>62</sup> se ("Orgetorigem").

<sup>63</sup> copiis: «recursos de todas clases».

<sup>64</sup> conciliaturum ("esse").

<sup>65</sup> adducti. Sujetos Castico y Dumnorige.

<sup>66</sup> fidem iusiurandum: «juramento solemne». Hendíadis.

<sup>67</sup> dant. Sujeto aquí, además de los nombrados en la nota 65, es Orgetoriges.

<sup>68</sup> totius Galliae... potiri. César construye "potior" con ablativo (Gr. 441, b). Sólo en este pasaje aparece el genitivo, como en la expresión "rerum potiri".

<sup>69</sup> regno occupato. Ablativo absoluto expresando condición. "Si occupaverimus..." Gr. 454 d.

<sup>70</sup> posse... sperant. Gr. 493 b, obs. 1.

<sup>71</sup> possent. El subjuntivo indica el pensamiento de los Helvetii. Gr. 543, 3. Véase más abajo "ducerentur, viderentur".

<sup>72</sup> vix qua: "qua vix".

<sup>73</sup> prohibere: «impedir el paso». El verbo está aquí usado con valor absoluto.

facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper<sup>74</sup> pacati erant, Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado transitur.<sup>75</sup> Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet.<sup>76</sup> Allobrogibus sese<sup>77</sup> vel persuasuros<sup>78</sup> (quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur), existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines eos<sup>79</sup> ire paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant.<sup>80</sup> Is dies erat a d. V. Kal. April. L., L. Pisone A. Gabinio consulibus.<sup>81</sup>

*Fracasados en su propósito de abrirse paso por la provincia Romana, a causa de haberles César cortado los caminos (VII-VIII), intentan hacerlo a través del territorio de los Sequani (IX).*

IX. Relinquebatur una per Sequanos via, qua, Sequanis invītis,<sup>82</sup> propter angustias ire non poterant. His cum sua sponte<sup>83</sup> persuadere non possent, legatos ad Dummorigem Haeduum mittunt, ut, eo deprecatore,<sup>84</sup> a Sequanis impetrarent. Dumnorix

<sup>74</sup> *nuper*. Dos años antes, en 64 a. de J. C.

<sup>75</sup> *vado* (ablativo instrum.) *transitur*: «es vadeable».

<sup>76</sup> *pertinet ad*: «se extiende hasta».

<sup>77</sup> *sese* (“Helvetios”).

<sup>78</sup> *persuasuros* (“esse”) depende de “existimabant”, como “coacturos”.

<sup>79</sup> *eos*. En vez de “se”, aunque se refiere al sujeto de la principal; “eos” se debe a exigencias de la claridad. Cfr. 5, 2: (“Helvetij persuadent... Rauracis...uti...una cum eis: (“secum”) proficiscantur”. Gr. 524 b.

<sup>80</sup> *qua die conveniant*. El subjuntivo se explica por el valor final de la oración. Gr. 543 b.

<sup>81</sup> *consulibus*. En el año 58 a. de J. C.

<sup>82</sup> *Sequanis invitis*: «sin consentimiento de los S.» «si los S. se oponían». Gr. 454 d.

<sup>83</sup> *sua sponte*: «por sí solos». Generalmente esta locución significa «por propio impulso», «espontáneamente». Gr. 320 j.

<sup>84</sup> *eo deprecatore*: «por su mediación». Gr. 454 a.

gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate<sup>85</sup> Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studebat<sup>86</sup> et quam plurimas<sup>87</sup> civitates suo beneficio habere obstrictas<sup>88</sup> volebat. Itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat ut per fines suos Helvetios ire patiantur obsidesque uti inter sese dent perficit: Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant; Helvetii, ut sine maleficio et iniuria<sup>89</sup> transeant.

*César confía el mando a Labieno, hace venir de Italia, a marchas forzadas, cinco legiones más y conduce su ejército al territorio de los Segusiavi, en la orilla derecha del Ródano (X). Los Helvetii, después de pasar a través de los Sequani, llegan al país de los Haedui, devastan sus campos y los fuerzan a solicitar la ayuda de César (XI).*

XI. Helvetii iam per angustias<sup>90</sup> et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduorum fines pervenerant eorumque agros populabantur. Haedui, cum se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt rogatum<sup>91</sup> auxi-

<sup>85</sup> *ex ea civitate*: "ex eorum (Helvetiorum) civitate".

<sup>86</sup> *novis rebus studebat*: (Gr. 122 a, 2): «aspiraba a innovar el estado de cosas».

<sup>87</sup> *quam plurimas*. Gr. 346.

<sup>88</sup> *habere obstrictas*. Gr. 476 d.

<sup>89</sup> *sine maleficio et iniuria*: «sin daño de (las cosas) ni violencia (de las personas)».

<sup>90</sup> *angustias*. El Pas-de-l'Ecluse.

<sup>91</sup> *rogatum*. Supino de acusativo con su compl. dir. "auxilium". Gr. 156 a. La petición se expresa en estilo indirecto, por depender de un verbo "dicendi", contenido en "rogatum".

lium: ita se omni tempore<sup>92</sup> de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi in servitatem abduci, oppida expugnari non debuerint.<sup>93</sup> Eodem tempore Ambarri,<sup>94</sup> necessarii et consanguinei Haeduorum, Caesarem certiozem faciunt sese, depopulatis<sup>95</sup> agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos possessionesque<sup>96</sup> habebant, fuga<sup>97</sup> se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum<sup>98</sup> nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus, Caesar non exspectandum sibi<sup>99</sup> statuit dum, omnibus fortunis<sup>100</sup> sociorum consumptis, in Santōnos Helvetii pervenirent.<sup>101</sup>

*César, sabedor de que tres cuerpos del ejército de los Helvetii habían pasado el Sena, cae sobre los Tigurini, que aun no lo habían hecho, y los destroza (XII).*

XII. Flumen est Arar,<sup>102</sup> quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate,<sup>103</sup> ita ut oculis in utram partem<sup>104</sup> fluat iudicari non possit. Id Helvetii

<sup>92</sup> *omni tempore.* Desde el año 91 a. de J. C., en que los Haedui se habían aliado con los Romanos.

<sup>93</sup> *ita se... non debuerint.* Estilo indirecto. Directo: "ita nos (Gr. 552 a) "meriti sumus (Gr. 548 a), ut paene in conspectu exercitus vestri... liberi nostri... non debuerint".

<sup>94</sup> *Ambarri.* Pueblo situado al Este de los Segusiavi.

<sup>95</sup> *depopulatis.* Participio deponente, pero con valor pasivo, Gr. 476 a.

<sup>96</sup> *possessiones:* «inmuebles».

<sup>97</sup> *fuga:* «huyendo». Ablativo de modo. Gr. 448.

<sup>98</sup> *agri solum:* «el terreno», «el suelo».

<sup>99</sup> *sibi.* Dat. agent. Gr. 432 f.

<sup>100</sup> *fortunis.* Gr. 294.

<sup>101</sup> *dum... pervenirent.* Gr. 525, 3.

<sup>102</sup> *Arar:* «el Saona».

<sup>103</sup> *incredibili lenitate.* Abl. de cualidad. Gr. 449. «con extraordinaria lenitud».

<sup>104</sup> *in utram partem:* «hacia el sur o hacia el norte».

ratibus ac lintribus iunctis<sup>105</sup> transibant. Ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam<sup>106</sup> partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse,<sup>106</sup> quartam fere partem citra flumen Ararim<sup>107</sup> reliquam<sup>108</sup> esse, de tertia vigilia<sup>109</sup> cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat. Eos impeditos<sup>110</sup> et inopinantes aggressus, magnam partem eorum concidit; reliqui sese fugae mandarunt atque in proximas silvas abdiderunt. Is pagus appellabatur Tigurinus: <sup>111</sup> nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est. Hic pagus unus,<sup>112</sup> cum domo exisset, patrum nostrorum memoria,<sup>113</sup> L. Cassium consulem interfecerat<sup>114</sup> et eius exercitum sub iugum<sup>115</sup> miserat. Ita, sive casu sive consilio deorum immortalium, quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea<sup>116</sup> princeps<sup>117</sup> poenas persolvit. Qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam priva-

<sup>105</sup> *ratibus ac lintribus iunctis*. "Ratis" era una balsa o embarcación plana. Con el nombre de "lintri" se designaban ciertas barcas ligeras, o canoas, empleadas también para sostener las planchas de un puente. "Ratis" tiene, a veces, la significación de «puente de naves»: "rate iungere flumen" (Tit. Liv.) La expresión del texto puede traducirse: «con barcas unidas entre sí, formando una especie de puente».

<sup>106</sup> *tres partes... id flumen traduxisse*. Gr. 413 b. "Tres partes" significa «las tres cuartas partes». Gr. 236.

<sup>107</sup> *Ararim*. Acus. en -im. Gr. 315 a.

<sup>108</sup> *reliquam*: "relictam".

<sup>109</sup> *vigilia*. Vid. nota 56 de la página 31. La preposición "de" indica que ya había transcurrido una parte de esta división temporal.

<sup>110</sup> *impeditos*: «embarazados», «imposibilitados» (por los carros, familiares), etc.

<sup>111</sup> *Tigurinus*. En los alrededores de la actual Zurich.

<sup>112</sup> *unus*: «solo».

<sup>113</sup> *patrum nostrorum memoria*: «en tiempos de nuestros mayores». "Memoria", ablativo de tiempo.

<sup>114</sup> *interfecerat*. En 107 a. de J. C.

<sup>115</sup> *iugum*. El yugo, bajo el cual se obligaba al enemigo a pasar desarmado y en señal de sumisión, consistía en dos lanzas hincadas en el suelo y otra colocada transversalmente en el extremo de las anteriores.

<sup>116</sup> *quae pars... ea*: "ea pars quae". Gr. 119 a.

<sup>117</sup> *princeps*: «la primera».

tas iniurias ultus est, quod eius<sup>118</sup> soceri L. Pisonis<sup>119</sup> avum, L. Pisonem legatum, Tigurīni eodem praelio quo Cassium interfecerant. 10

*César construye un puente sobre el río y se lanza en seguimiento del enemigo. Este envía a Diviciaco con proposiciones de paz. Rehúsalas el general Romano, y habiendo los Helvetii levantado su campamento, los persigue por espacio de quince días sin trabar combate. Ante la resistencia de los Haedui a entregar las provisiones prometidas, descubre César, por delación de Lisco, la existencia entre sus aliados de un partido hostil. Sabedor luego de que el traidor era Dumnórige, hermano de Diviciaco (XIII-XVIII), comunica a éste su decisión de castigar al culpable (XIX).*

XIX. Quibus rebus cognitis, cum ad has suspiciones certissimae res<sup>120</sup> accederent, quod per fines Sequanorum Helvetios traduxisset, quod obsides inter eos<sup>121</sup> dandos curasset,<sup>122</sup> quod ea omnia non modo iniussu suo et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis<sup>123</sup> fecisset, quod a magistratu Haeduorum accusaretur, satis

<sup>118</sup> eius ("Caesaris").

<sup>119</sup> L. Pisonis. L. Calpurnio Pisón, con cuya hija Calpurnia contrajo César matrimonio.

<sup>120</sup> certissimae res: «hechos absolutamente ciertos». Las proposiciones introducidas por "quod", explican "certissimae res". La repetición de "quod" (anáfora) pone de relieve los hechos alegados. Los subjuntivos "traduxisset", "curasset", etc., expresan pensamientos propios del sujeto de quien se habla. Gr. 527.

<sup>122</sup> dandos curasset. Gr. 480 c.

<sup>123</sup> inscientibus ipsis: «sin conocimiento de César y de los Haedui». Gr. 454 a.

esse causae<sup>124</sup> arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret<sup>125</sup> aut civitatem animadvertere iuberet. His omnibus rebus<sup>126</sup> unum repugnabat, quod Diviciaci fratris summum in populum Romanum studium,<sup>127</sup> summam in se voluntatem,<sup>128</sup> egregiam fidem, iustitiam, temperantiam<sup>129</sup> cognoverat; nam, ne eius<sup>130</sup> supplicio Diviciaci animum offenderet, verebatur.<sup>131</sup> Itaque, priusquam quicquam conaretur,<sup>132</sup> Diviciacum ad se vocari iubet et, cotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Procellum, principem Galliae provinciae, familiarem suum, cui summam omnium rerum fidem habebat,<sup>133</sup> cum eo<sup>134</sup> colloquitur; simul commonefacit, quae, ipso praesente,<sup>135</sup> in concilio Gallorum de Dummorige sint dicta, et ostendit quae separatim quisque de eo apud se dixerit. Petit atque hortatur, ut sine eius offensione animi, vel ipse de eo, causa cognita, statuatur vel civitatem statuere iubeat.

*Diviciaco solicita y obtiene el perdón de su hermano (XX).*

XX. Diviciacus, multis cum lacrimis Caesarem complexus, obsecrare coepit ne quid gravius in fratrem statueret: "Scire se

<sup>124</sup> *satis...causae.* Gr. 428 d.

<sup>125</sup> *in eum...animadverteret:* «castigarlo».

<sup>126</sup> *rebus.* Dativo.

<sup>127</sup> *studium:* «adhesión».

<sup>128</sup> *voluntatem:* «buena voluntad», «afecto».

<sup>129</sup> *temperantiam:* «moderación».

<sup>130</sup> *eius* ("Dumnorigis").

<sup>131</sup> *verebatur...ne.* Gr. 520 a.

<sup>132</sup> *conaretur.* El subjuntivo con "priusquam" (Gr. 525, 3) se explica por el matiz final que aquí tiene («con objeto de no intentar nada prematuramente»: "ne quid prius conaretur"). El sentido negativo de la frase explica el uso de "quicquam" (Gr. 386 e), en vez de "aliquid".

<sup>133</sup> *cui summam omnium fidem habebat:* ("cuius fidei omnes res credebatur"): «a quien en todo otorgaba su confianza más absoluta».

<sup>134</sup> *eo* ("Diviciaco").

<sup>135</sup> *ipso* ("Diviciaco") *praesente:* «en su presencia». Gr. 454 a.

illa esse vera, nec quemquam ex eo <sup>136</sup> plus quam se doloris <sup>137</sup> capere, propterea quod, cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adulescentiam posset, per se crevisset, quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed paene ad perniciem suam uteretur; <sup>138</sup> sese tamen et amore fraterno et existimatione vulgi <sup>139</sup> commoveri. Quod si quid ei <sup>140</sup> a Caesare <sup>141</sup> gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae <sup>142</sup> apud eum teneret, neminem existimaturum non <sup>143</sup> sua voluntate <sup>144</sup> factum; qua ex re futurum uti totius Galliae animi a se averterentur".<sup>145</sup> Haec cum pluribus verbis flens a Caesare peteret, Caesar eius dextramprehendit; consolatus, rogat finem orandi faciat; <sup>146</sup> tanti eius apud se gratiam esse <sup>147</sup> ostendit, uti et rei publicae iniuriam et suum dolorem eius voluntati ac precibus condōnet. Dumnorīgem ad se vocat, fratrem adhibet; <sup>148</sup> quae in eo reprehendat, ostendit; quae ipse intellegat, quae civitas queratur,<sup>149</sup> proponit; monet ut in reli-

<sup>136</sup> *ex eo*: "ex fratre".

<sup>137</sup> *plus...doloris*. Gr. 428 d.

<sup>138</sup> *quibus opibus ac nervis...uteretur*. Gr. 441 b.

<sup>140</sup> *ei* ("Dumnorigi).

<sup>141</sup> *a Caesare*: «por parte de César».

<sup>142</sup> *eum locum amicitiae*: «un grado tal de amistad».

<sup>143</sup> *neminem...non*: "omnes". Gr. 406.

<sup>144</sup> *sua voluntate*: «con su consentimiento».

<sup>145</sup> *scire se illa...a se averterentur*. Directo: "scio (Gr. 548 a) haec esse vera nec quisquam ex eo plus quam ego (Gr. 552 a) doloris capit, propterea quod, cum ego gratia plurimum (possem)...ille minimum posset, per me crevit; quibus opibus...paene ad perniciem meam utitur" (Gr. 549). "Ego tamen et amore...conmoveor. Quod si quid et a te gravius acciderit (futuro perfecto representado en el disc. ind. por el plusc.) accidisset (Gr. 550 b), cum ego hunc locum...apud te teneo, nemo existimabit (Gr. 548 a), non mea voluntate factum; qua ex re...totius Galliae animi a me avertentur" (Gr. 550 b).

<sup>146</sup> *rogat* ("ut") *faciat*. Gr. 524.

<sup>147</sup> *tanti eius*: ("Diviciaci")...*gratiam* («la amistad, el afecto») *esse*. Gr. 430 e.

<sup>148</sup> *adhibet*: «hace venir».

<sup>149</sup> *reprehendat...intellegat...quaeratur*. Subjuntivos de la interrogación indirecta. Gr. 509.

quum tempus omnes suspiciones vitet; praeterita se Diviciaco patri<sup>150</sup> condonare dicit. Dumnorīgi custodes ponit, ut quae agat, quibuscum loquatur<sup>151</sup> scire possit.

*El general Romano envía a Labieno contra los Helvetti; pero fracasado su intento de ataque, se encamina a Bibracte para aprovisionarse (XXI-XXIII). Perseguido a su vez, presenta batalla al enemigo y lo derrota y somete (XXIV-XXVIII). Después de la ejecución de los fugitivos, autoriza César a los restantes Helvetii a regresar a su país y permite a los Boii fijar su residencia entre los Haedui. De toda Galia acude gente a felicitar al vencedor. Diviciaco revela a éste los males que amenazan al país y le pinta la triste suerte de los Sequani, antiguos rivales de los Haedui, esclavizados por el jefe germano Ariovisto. En vano intenta entrevistarse con éste, en vista de lo cual le conmina a devolver los rehenes galos y a dejar en paz a los Hedui. Ariovisto rehusa y César, ante el anuncio de una invasión inminente de los Suevi, se apresura a marchar contra aquél (XXIX-XXXVII), y a proteger a Besanzón (Vesontio), amenazada por su adversario (XXXVIII). Durante su ausencia, los rumores relativos al poder y número del enemigo llevan el terror a las filas romanas (XXXIX).*

XXXVIII. Cum tridui viam processisset,<sup>152</sup> nuntiatum est ei<sup>153</sup> Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum<sup>154</sup> Vesontionem, quod est oppidum<sup>155</sup> maximum Sequanorum, con-

<sup>150</sup> *Diviciaco fratri*: «en atención a su hermano Diviciaco». “Dativus commodi”. Gr. 432 a.

<sup>151</sup> *agat, loquatur*. Subjuntivos de la interrogación indirecta. Gr. 509.

<sup>152</sup> *cum tridui viam processisset*: lit.; «habiendo recorrido un camino de tres días». “Viam”, acusativo de distancia. Gr. 118, 2.

<sup>153</sup> *ei* (“Caesari”).

<sup>154</sup> *occupandum*. Gerundivo concertado con “Vesontionem”.

<sup>155</sup> *quod est oppidum*. Gr. 203.

tendere [triduique viam a suis finibus profecisse.] Id <sup>156</sup> ne accideret, magnopere sibi praecavendum Caesar existimabat. Namque omnium rerum quae ad bellum usui erant summa erat in eo oppido facultas,<sup>157</sup> idemque <sup>158</sup> natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum <sup>159</sup> daret facultatem, propterea quod flumen Dubis, ut circūno circumductum, paene <sup>160</sup> totum oppidum cingit; reliquum spatium,<sup>161</sup> quod est non amplius <sup>162</sup> pedum mille sescentorum, qua flumen intermittit,<sup>163</sup> mons continet magna altitudine,<sup>164</sup> ita ut radices <sup>165</sup> eius montis ex utraque parte ripae fluminis contingant. Hunc <sup>166</sup> murus circumdātus arcem efficit et cum oppido coniungit. Huc Caesar magnis nocturnis diurnisque itineribus contendit, occupatoque oppido, ibi praesidium <sup>167</sup> collōcat.

XXXIX. Dum <sup>168</sup> paucos dies <sup>169</sup> ad Vesontionem rei frumentariae commeatusque <sup>170</sup> causa <sup>171</sup> moratur, ex percontatione nostrorum vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti

<sup>156</sup> *id.* La toma de Besanzón.

<sup>157</sup> *facultas:* «abundancia».

<sup>158</sup> *idemque.* Gr. 195.

<sup>159</sup> *ad ducendum bellum:* «para prolongar la guerra».

<sup>160</sup> *paene.* El río Doubs ciñe a Besanzón sólo por un lado. El resto está limitado por un empinado monte.

<sup>161</sup> *spatium.* Compl. dir. de “continet”.

<sup>162</sup> *amplius* (“quam”). La elipsis de “quam” ocurre también después de “minus”, “plus”, seguidos de un numeral. Gr. 342.

<sup>163</sup> *qua flumen intermittit:* «por donde no la baña el río» (lit. «por donde cesa el río»).

<sup>164</sup> *magna altitudine.* Abl. de cualidad. Gr. 449.

<sup>165</sup> *radices.* Compl. directo de “contingant”, cuyo suj. es “ripae”.

<sup>166</sup> *hunc* (“montem”).

<sup>167</sup> *praesidium:* «guarnición». En general esta palabra significa «ayuda, socorro», y, por extensión del sentido que aquí tiene, «plaza fuerte», o protegida por una guarnición.

<sup>168</sup> *dum...moratur:* Gr. 465.

<sup>169</sup> *paucos dies.* Gr. 118 b, 1.

<sup>170</sup> *rei frumentariae commeatusque:* «el trigo y demás provisiones».

<sup>171</sup> *causa.* Gr. 255.

magnitudine<sup>172</sup> corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis<sup>173</sup> esse praedicabant—saepenumero sese cum his congressos<sup>174</sup> ne vultum quidem atque aciem oculorum dicebant<sup>175</sup> ferre potuisse—, tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter<sup>176</sup> omnium mentes animosque<sup>177</sup> perturbaret. Hic<sup>178</sup> primum ortus est a tribunis militum,<sup>179</sup> praefectis<sup>180</sup> reliquisque,<sup>181</sup> qui ex urbe amicitiae causa Caesarem secuti, non magnum in re militari usum<sup>182</sup> habebant: quorum alius, alia causa illata,<sup>183</sup> quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret,<sup>184</sup> petebat ut eius voluntate discedere liceret; non nulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere<sup>185</sup> neque interdum lacrimas tenere poterant: abditi in tabernaculis aut suum factum querebantur aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Vulgo totis castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus ac timore<sup>186</sup> paulatim etiam ii, qui magnum in castris<sup>187</sup> usum habebant, milites centurionesque quique equi-

<sup>172</sup> *ingenti magnitudine... incredibili virtute*. Ablats. de cualidad. Gr. 449.

<sup>173</sup> *exercitatione in armis*: «destreza en el manejo de las armas».

<sup>174</sup> *congressos* (“proelio”).

<sup>175</sup> *dicebant* (“Galli”).

<sup>176</sup> *non mediocriter*: “vehementissime”.

<sup>177</sup> *mentes animosque*: «el pensamiento y la voluntad».

<sup>178</sup> *hic* (“timor”).

<sup>179</sup> *tribunis militum*. Comandantes de las legiones. Eran seis por legión y cada uno de ellos ejercía el mando durante dos meses.

<sup>180</sup> *praefectis*. Jefes de las milicias auxiliares. No se les confunda con los “praefecti militum” de que se habla más abajo.

<sup>181</sup> *reliquisque*. Con esta palabra se alude a los “contubernales comites”, jóvenes nobles que acompañaban a César por amistad o por el deseo de aprender el arte de la guerra.

<sup>182</sup> *usum*: «experiencia».

<sup>183</sup> *alius, alia causa illata*: «pretextando (Gr. 454 *b*) unos una causa, otros otra”. La frase equivale a “alius hanc, alius illam causam afferens”. Gr. 228.

<sup>184</sup> *quam... diceret*. Estilo indirecto en sentido lato. Gr. 543, 3.

<sup>185</sup> *vultum fingere*: «disimular».

<sup>186</sup> *vocibus ac timore*: «gritos de terror». Hendíadis.

<sup>187</sup> *in castris*: «en el servicio».

tatui praeerant,<sup>188</sup> perturbabantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris et magnitudinem silvarum, quae intercederent inter ipsos atque Ariovistum, aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere<sup>189</sup> dicebant. Non nulli etiam Caesari nuntiabant, cum castra moveri<sup>190</sup> ac signa ferri<sup>191</sup> iussisset, non fore dicto audientes<sup>192</sup> milites neque propter timorem signa laturos.

*César censura su proceder a los soldados, y guiado por Diviciaco marcha contra Ariovisto. Celebra con éste una entrevista, en la que el Germano, alegando que había sido llamado por los Galli y atacado luego por ellos, defiende su mejor derecho a la conquista del país. Sepáranse sin avenencia, y Ariovisto, tras de solicitar nuevas conversaciones, ordena la detención de los emisarios de su antagonista (XL-XLVII) e intenta impedir la comunicación de César con la Galia. Durante cinco días esquivo el combate y se limita a unas cuantas escaramuzas ecuestres (XLVIII).*

XLVIII. Eodem die castra promovit<sup>193</sup> et milibus passuum sex a Caesaris castris sub monte<sup>194</sup> consēdit. Postridie eius diei<sup>195</sup>

<sup>188</sup> *quique equitatu praeerant*: "praefecti equitum".

<sup>189</sup> *rem frumentariam...timere*. La construcción correcta sería "timere ut (Gr. 520 c) res frumentaria supportari posset"; en efecto, "hostem", "angustias" y "magnitudinem" son complementos directos de "vereri" y han «atraído» y puesto en acusativo, como si fuese objeto de "timere", al sujeto de la proposición dependiente.

<sup>190</sup> *castra moveri*: «levantar el campamento».

<sup>191</sup> *signa ferri*: «ponerse en marcha» (lit. «avanzar las enseñas»).

<sup>192</sup> *non fore dicto* (dat.) *audientes*: "non obtemperaturos esse": «no habrían de obedecer» (lit. «no habrían de prestar atención a las órdenes»).

<sup>193</sup> *promovit* y *consedit*, tienen como sujeto a Ariovisto.

<sup>194</sup> *sub monte*: «a la falda de un monte».

<sup>195</sup> *postridie eius diei*. Gr. 404.



praeter<sup>196</sup> castra Caesaris suas copias traduxit et milibus passuum duobus ultra eum castra fecit, eo consilio uti frumento commeatuque,<sup>197</sup> qui ex Sequānis et Haeduis supportaretur,<sup>198</sup> Caesarem intercluderet. Ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam<sup>199</sup> habuit ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset.<sup>200</sup> Ariovistus his omnibus diebus exercitum<sup>201</sup> castris continebat, equestri proelio cotidie contendit. Genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant: equitum milia erant sex, totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia<sup>202</sup> singuli singulos suae salutis causa delegerant;<sup>203</sup> cum his in proelii versabantur. Ad eos se equites recipiebant; hi, si quid erat durius,<sup>204</sup> concurrebant; si qui,<sup>205</sup> graviore vulnere accepto,<sup>206</sup> equo deciderat,<sup>207</sup> circumstabant; si quo erat longius prodeundum aut celerius recipiendum,<sup>208</sup> tanta erat horum exercitatione<sup>209</sup> celeritas, ut, iubis equorum sublevati,<sup>210</sup> cursum adaequarent.

<sup>196</sup> *praeter*: «por delante de». Gr. 252, 19 a.

<sup>197</sup> *frumento commeatuque*: «los convoyes de víveres».

<sup>198</sup> *supportaretur*. Gr. 543, 4. El verbo principal es «intercluderet».

<sup>199</sup> *aciem instructam*. Vid. pág. 77 nota 211.

<sup>200</sup> *si vellet... non deesset*: «si quisiese... no le faltara».

<sup>201</sup> *exercitum*: «la infantería», término opuesto aquí a «equitatus». (Cfr. luego «equestri proelio»).

<sup>202</sup> *ex omni copia*: «de entre la masa o multitud del ejército».

<sup>203</sup> *delegerant*: «singuli (equites) delegerant singulos (pedites)».

<sup>204</sup> *si quid erat durius*: «cada vez que la situación era apurada», «en los momentos difíciles». Gr. 534, obs. a.

<sup>205</sup> *qui*. Pronombre indefinido, en vez de «quis»: «aliquis». Gr. 214.

<sup>206</sup> *graviore vulnere accepto*: «por haber recibido una herida». Abl. abs. con matiz causal. Gr. 454 d.

<sup>207</sup> *deciderat*. Tradúzcase por el pret. imperfecto. Gr. 525, 2 b.

<sup>208</sup> *recipiendum* («se»).

<sup>209</sup> *exercitatione*. Abl. de causa. Gr. 444 a.

<sup>210</sup> *iubis equorum sublevati*: «aferrados a las crines de los caballos». «Equorum» depende de «iubis» y, al mismo tiempo, de «cursum».

*Preparativos de César para la lucha. (XLIX). Inutilidad de sus esfuerzos para obligar a combatir al enemigo. Causas de la conducta de éste (L).*

XLIX. Ubi eum castris se tenere Caesar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco Germani conserant, circiter passus sescentos ab his, castris idoneum locum delegit, acieque triplici instructa,<sup>211</sup> ad eum locum venit. Primam et secundam aciem in armis esse,<sup>212</sup> tertiam castra munire iussit. Hic locus ab hoste circiter passus sescentos, uti dictum est, aberat. Eo<sup>213</sup> circiter hominum numero sedecim milia expedita<sup>214</sup> cum omni equitatu Ariovistus misit, quae copiae nostros perterrerent<sup>215</sup> et munitione prohiberent. Nihilomolus<sup>216</sup> Caesar, ut ante constituerat, duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit. Munitis castris, duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum, quattuor reliquas in castra maiora reduxit.

L. Proximo die, instituto suo,<sup>217</sup> Caesar e castris utrisque,<sup>218</sup>

<sup>211</sup> *acieque triplici instructa*: «con el ejército dispuesto en tres líneas de batalla». De las diez cohortes que integraban cada legión, las cuatro primeras constituían la “acies prima”, situándose de modo que de legión a legión hubiese un espacio igual a su frente. Las tres cohortes siguientes (5a., 6a. y 7a.), se colocaban en segunda línea, en los espacios correspondientes a los intervalos de la primera; las tres últimas (8a., 9a., 10a.) formaban la “tertia acies”, dejando entre sí mayores distancia que en las dos primeras. El aspecto de una “triplex acies” puede representarse esquemáticamente así:

4 <sup>a</sup>	3 <sup>a</sup>	2 <sup>a</sup>	1 <sup>a</sup>
7 <sup>a</sup>	6 <sup>a</sup>	5 <sup>a</sup>	
10 <sup>a</sup>	9 <sup>a</sup>	8 <sup>a</sup>	

<sup>212</sup> *in armis esse*: «sobre las armas».

<sup>213</sup> *eo*. Adv. Gr. 243: “ad eum locum”.

<sup>214</sup> *expedita*: «sin equipaje». “Miles expeditus”: «soldado libre de cuanto pudiera embarazar sus movimientos».

<sup>215</sup> *perterrerent, prohiberent*. Relativas finales, Gr. 543, 1 b.

<sup>216</sup> *nihilomolus*: “nihilomolus”.

<sup>217</sup> *instituto suo*: «como de costumbre».

<sup>218</sup> *e castris utrisque*. Plural de “uterque”. Gr. 379.

copias suas eduxit, paulumque a maioribus castris progressus, aciem instruxit, hostibus pugnandi potestatem fecit. Ubi ne tum quidem <sup>219</sup> eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit. Tum demum Ariovistus partem suarum copiarum, quae castra minora oppugnaret,<sup>220</sup> misit. Acriter utrimque usque ad vesperum pugnatum est. Solis occasu <sup>221</sup> suas copias Ariovistus, multis et illatis et acceptis vulneribus, in castra reduxit...

*César obliga a los Germani a combatir (LI) y los derrota (LII-LIII).*

LII. Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit,<sup>222</sup> uti eos testes suae quisque virtutis haberet; ipse a dextro cornu,<sup>223</sup> quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, proelium commisit. Ita nostri acriter in hostes, signo dato, impetum fecerunt, itaque <sup>224</sup> hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniciendi <sup>225</sup> non daretur. Reiectis pilis, cominus gladiis pugnatum est. At Germani, celeriter ex consuetudine sua phalange facta,<sup>226</sup> im-

<sup>219</sup> *ne tum* (enfático) *quidem*. Gr. 247, 5.

<sup>220</sup> *quae oppugnaret*. Relativa final. Gr. 543 b.

<sup>221</sup> *solis occasu*: «al ponerse el sol». Ablativo de tiempo. Gr. 453 a.

<sup>222</sup> *Caesar... praefecit*. «César puso al frente de cada una de sus legiones a un lugarteniente ("legatus"), y de la sexta a su cuestor». Vid. nota 12 de la pág. 34.

<sup>223</sup> *a dextro cornu*. «Frente al ala izquierda enemiga».

<sup>224</sup> *itaque... ut*: "et ita... ut". Gr. 530.

<sup>225</sup> *spatium... comiciendi* (gerundio; Gr. 153 a) *non daretur*: «no quedase lugar bastante para arrojar». "Pila", pl. neut. de "pilum", arma de la infantería Romana. Consistía en un asta de madera en cuyo extremo se fijaba sólidamente una punta de hierro tan larga como aquélla. El "pilum" era arma arrojadiza, pero, a las veces, se la utilizaba en los combates cuerpo a cuerpo.

<sup>226</sup> *phalange facta*. Sistema de lucha propio de Germanos y Galos y parecido a la "testudo" Romana. Para formar la "phalanx" cerraban filas los soldados, y mientras los de la primera protegían sus cuerpos con los escudos, los demás alzabanlos por sobre sus cabezas y evitaban así los proyectiles enemigos.

petus gladiatorum exceperunt. Reperti sunt complures nostri milites, qui <sup>227</sup> in phalangem insilirent et scuta manibus revellerent et desuper <sup>228</sup> vulnerarent. Cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atque in fugam conversa esset, a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant.<sup>229</sup> Id cum animadvertisset P. Crasus adulescens,<sup>230</sup> qui equitatu praecerat, quod expeditior erat quam ii qui inter aciem versabantur, tertiam aciem <sup>231</sup> laborantibus nostris subsidio misit.<sup>232</sup>

LIII. Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt, neque prius fugere destiterunt quam ad flumen Rhenum, milia passuum ex eo loco circiter quinque pervenerunt.<sup>233</sup> Ibi perpauci aut viribus confisi tranare contenderunt aut lintribus inventis <sup>234</sup> sibi salutem reppererunt. In his fuit Ariovistus, qui naviculam deligatam <sup>235</sup> ad ripam nactus, ea profugit; reliquos omnes consecuti equites nostri interfecerunt. . . . Gaius Valerius Procillus, cum a custodibus in fuga trinis catenis <sup>236</sup> vinctus traheretur, in ipsum Caesarem hostis equitatu persequentem incidit. Quae quidem res Caesari non minorem quam ipsa victoria voluptatem attulit, quod <sup>237</sup> hominem honestissimum provinciae Galliae, suum familiarem et hospitem, ereptum e manibus hostium, sibi restitutum videbat; neque <sup>238</sup> eius <sup>239</sup> calami-

<sup>227</sup> *reperi sunt complures...qui*: «hubo muchos que». Para los subjs. “insilirent”, “revellerent”, “vulnerarent”, cfr. Gr. 543 c  $\beta$

<sup>228</sup> *desuper*: «desde arriba».

<sup>229</sup> *premebant*. Suj. “hostes”.

<sup>230</sup> *adulescens*: «el joven», para distinguirlo de su padre, el “triumvir”. Al año siguiente sometió el Oeste de la Galia y luego la Aquitania. Pasó del ejército de César al de su padre, y murió en Siria el año 53 a. J. C.

<sup>231</sup> *tertiam aciem*: «la línea de reserva».

<sup>232</sup> *nostris subsidio misit*. Gr. 433 c.

<sup>233</sup> *neque prius...quam...pervenerunt*. Gr. 525, 1 b.

<sup>234</sup> *lintribus inventis*. Abl. instrum.

<sup>235</sup> *naviculam deligatam*. Compl. directo de “nactus”.

<sup>236</sup> *trinis catenis*. El distributivo “trinis” (no “ternis”) se explica teniendo en cuenta que César sólo usa el plural “catenae”. Gr. 390.

<sup>237</sup> *quod...videbat*. Gr. 527.

<sup>238</sup> *neque...quidquam*: “et quod nihil”.

<sup>239</sup> *eius* (“Procilli”).

tate<sup>240</sup> de tanta voluptate et gratulatione quicquam fortuna deminuerat. Is,<sup>241</sup> se praesente,<sup>242</sup> de se ter sortibus consultum<sup>243</sup> dicebat, utrum igni statim necaretur,<sup>244</sup> an<sup>245</sup> in aliud tempus reservaretur: sortium beneficio<sup>246</sup> se esse incolumen. Item M. Metius<sup>247</sup> repertus et ad eum reductus est.

*Los Suebi, concedores de la derrota de Ariovisto, renuncian al paso del Rin, y el ejército Romano vuelve a sus cuarteles de invierno (LIV).*

<sup>240</sup> *calamitate*: "morte".

<sup>241</sup> *is* ("Procillus").

<sup>242</sup> *se praesente*: «en su presencia». Gr. 454 a.

<sup>243</sup> *de se ter* (Cfr. Tácito, "Germania", Cap. 10) *sortibus consultum* ("esse"): «por tres veces echaron suertes».

<sup>244</sup> *necaretur*. Estilo indirecto. En el directo se hallaría el subj. dubitativo "necetur".

<sup>245</sup> *utrum...an*: «sobre si...o». Gr. 510.

<sup>246</sup> *sortium beneficio*: «por favor de las suertes».

<sup>247</sup> *M. Metius*. Este y Procilo eran los delegados de César a quienes Ariovisto había apresado traidoramente.

## II.

Los treinta y tres primeros capítulos del libro II narran la lucha de César contra los Belgae. Los dos últimos (XXXIV y XXXV) tratan, respectivamente, de la sumisión, por obra de P. Craso, de las poblaciones marítimas y de las consecuencias de las victorias de César. Noticioso éste de que los Belgae formaban una liga contra los Romanos, recluta dos legiones, las añade a su ejército y se dirige a la frontera enemiga. Los Remi se le someten y le informan acerca de las fuerzas hostiles. El general Romano, decidido a dividir al enemigo, pasa el Aisne y acampa en lugar propicio (V). Atacan los Belgae la ciudad de Bibrax (VI); pero, forzados a abandonarla, se dirigen contra el campamento Romano. (VII). Incidentes de la lucha (VIII-XI).

V. ...Postquam omnes Belgarum copias in unum locum coactas ad se venire vidit neque iam longe abesse ab iis, quos miserat, exploratoribus, et ab Remis cognovit, flumen Axonam,<sup>1</sup> quod est in extremis Remorum finibus, exercitum traducere<sup>2</sup> maturavit atque ibi castra posuit. Quae res<sup>3</sup> et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat et post eum quae erant tuta ab

<sup>1</sup> flumen Axonam (aposición). El río Aisne, afluente del Oise.

<sup>2</sup> flumen...exercitum traducere. Gr. 413 b.

<sup>3</sup> res: "movimiento" o "maniobra".

hostibus reddebat,<sup>4</sup> et commeatus<sup>5</sup> ab Remis reliquisque civitatibus, ut sine periculo ad eum portari possent,<sup>6</sup> efficiebat. In eo flumine pons erat. Ibi praesidium ponit et in altera parte<sup>7</sup> fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit; castra in altitudinem pedum duodecim vallo fossaque duodeviginti<sup>8</sup> pedum munire iubet.<sup>9</sup>

VI. Ab his castris oppidum Remorum, nomine Bibrax, aberat milia passuum octo. Id ex itinere<sup>10</sup> magno impetu Belgae oppugnare coeperunt. Aegre eo die sustentatum est.<sup>11</sup> Gallorum eadem atque<sup>12</sup> Belgarum oppugnatio<sup>12</sup> est haec: ubi circumiecta multitudine hominum totis moenibus undique in murum lapides iaci coepti sunt,<sup>14</sup> murusque defensoribus nudatus est, testudine facta,<sup>15</sup> portas succendunt murumque subruunt. Quod tum facile fiebat. Nam cum tanta multitudo lapides ac tela conicerent,<sup>16</sup> in muro consistendi potestas erat nulli.<sup>17</sup> Cum finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Remus, summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido praeerat, unus ex iis,<sup>18</sup> qui

<sup>4</sup> *tuta* (pred. Gr. 419) *reddebat*: «defendía». El complemento directo de «reddebat» es «ea», antecedente omitido de «quae».

<sup>5</sup> *commeatus*. Suj. de «possent».

<sup>6</sup> *ut...possent*. Completiva dependiente de «efficiebat», cuyo sujeto es «quae res».

<sup>7</sup> *in altera parte*: «en la orilla izquierda».

<sup>8</sup> *duodeviginti*. De largo.

<sup>9</sup> *munire* («milites») *iubet*.

<sup>10</sup> *ex itinere*: «inmediatamente después de la marcha».

<sup>11</sup> *sustentatum est*: «se resistió».

<sup>12</sup> *eadem atque*. Gr. 538 d.

<sup>13</sup> *oppugnatio*: «oppugnandi ratio»: «sistema de ataque».

<sup>14</sup> *coepti sunt*. Con un verbo pasivo («iaci») César usa «coeptus sum», como los prosistas de la buena época. Gr. 356.

<sup>15</sup> *testudine facta*: lit. «formando la tortuga». Los soldados, estrechando las filas, levantaban los escudos sobre sus cabezas, protegiéndose como con una férrea caparazón.

<sup>16</sup> *tanta multitudo...conicerent*. Gr. 165, 2.

<sup>17</sup> *nulli*. Dativo posesivo. Gr. 432 b.

<sup>18</sup> *unus ex iis*. Gr. 428 d, 2 α

legati<sup>19</sup> de pace ad Caesarem venerant, nuntium ad eum mitti: "nisi subsidium sibi submittatur, sese diutius sustinere non posse".<sup>20</sup>

VII. Eo<sup>21</sup> de media nocte<sup>22</sup> Caesar, iisdem ducibus usus, qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas et Cretas sagittarios et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit;<sup>23</sup> quorum adventu et Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit, et hostibus eadem de causa spes potiundi<sup>24</sup> oppidi discessit. Itaque paulisper apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati, omnibus vicis aedificiisque, quo adire potuerant, incensis,<sup>25</sup> ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt, et ab milibus passuum minus duobus castra posuerunt; quae castra, ut fumo atque ignibus significabatur, amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant.<sup>26</sup>

VIII. Caesar primo et propter multitudinem hostium et propter eximiam opinionem virtutis proelio supersedere<sup>27</sup> statuit; cotidie tamen equestribus proeliis quid hostis virtute posset et quid nostri auderent, periclitabatur. Ubi nostros non esse inferiores intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno atque idoneo,<sup>28</sup> quod is collis, ubi castra po-

<sup>19</sup> *legati*: «como embajadores». Gr. 158, obs. 2.

<sup>20</sup> *nisi...posse*. Directo: "nisi subsidium mihi submittetur (Gr. 550 b), ego diutius sustinere non possum".

<sup>21</sup> *eo*: "in eum locum, in oppidum".

<sup>22</sup> *de media nocte*: "de tertia vigilia": «después de media noche».

<sup>23</sup> *subsidio oppidanis mittit*. Gr. 433 c.

<sup>24</sup> *potiundi*: "potiendi". Gr. 368 b 3.

<sup>25</sup> *morati...depopulati...vicis...incensis*. Obsérvese el cambio de construcción. El participio pasado o pretérito se usa con significación activa sólo cuando pertenece a verbos deponentes (Gr. 476 a). La construcción correspondiente con otros verbos es el ablativo absoluto: "vicis aedificiisque incensis" y no "vicos aedificiaque incensi".

<sup>26</sup> *patebant*: «se extendían».

<sup>27</sup> *proelio* (dat.) *supersedere*. Gr. 431 c. "Proelio": «combate decisivo».

<sup>28</sup> *loco...opportuno atque idoneo* (ablativo absoluto con matiz causal. Gr. 454 d): «por tratarse de un sitio favorable y a propósito para».

sita erant, paululum ex planitie editus tantum adversus<sup>29</sup> in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa<sup>30</sup> occupare poterat, atque ex utraque parte lateris deiectus<sup>31</sup> habebat et in fronte leniter fastigatus<sup>32</sup> paulatim ad planitiem redibat, ab utroque latere eius collis transversam<sup>33</sup> fossam obduxit circiter passuum quadringentorum, et ad extremas fossas<sup>34</sup> castella constituit ibique tormenta collocavit, ne, cum aciem instruxisset, hostes, quod tantum multitudine poterant, ab lateribus pugnantes suos circumvenire possent. Hoc facto, duabus legionibus, quas proxime conscripserat, in castris relictis, ut, si quo opus esset, subsidio duci possent, reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. Hostes item suas copias ex castris eductas instruxerant.

IX. Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum. Hanc si nostri transirent hostes expectabant;<sup>35</sup> nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos aggrederentur, parati in armis erant. Interim proelio equestri inter duas acies contendebatur. Ubi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equitum proelio<sup>36</sup> nostris, Caesar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod esse post nostra castra demonstratum est. Ibi, vadis repertis, partem suarum copiarum traducere conati sunt, eo consilio ut, si possent, castellum, cui praeerat Q. Titurius legatus, expugnarent pontemque interscinderent; si minus potuis-

<sup>29</sup> *adversus*: «por el lado enemigo».

<sup>30</sup> *acies instructa*: «el ejército preparado para combatir».

<sup>31</sup> *lateris deiectus* (acusativo pl.); «pendientes».

<sup>32</sup> *leniter fastigatus*: «ligeramente elevada en su parte anterior» («in fronte»).

<sup>33</sup> *transversam*. En ángulo recto a su línea de batalla.

<sup>34</sup> *extremas fossas*. Gr. 343.

<sup>35</sup> *si nostri transirent... expectabant*. Con los verbos que significan «intentar», «esperar», la conjunción «si» equivale a «por sí», «para ver si». Gr. 535. Cfr. lib. I, VIII, 4: «si praerumpere possent conati».

<sup>36</sup> *secundiore proelio*. Ablativo absoluto con sentido causal. Gr. 454 d. Equivale a «cum proelium nostris secundius esset».

sent<sup>37</sup>, agros Remorum popularentur, qui magno nobis usui<sup>38</sup> ad bellum gerendum erant, commeatuque nostros prohiberent.

X. Caesar, certior factus ab Titurio, omnem equitatum et levis armaturae<sup>39</sup> Numidas, funditores sagittariosque pontem traducit<sup>40</sup> atque ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine aggressi,<sup>41</sup> magnum eorum numerum occiderunt; per eorum corpora<sup>42</sup> reliquos audacissime transire conantes<sup>43</sup> multitudine telorum reppulerunt; primos qui transierant, equitatu circumventos, interfecerunt. Hostes, ubi et de expugnando oppido et de flumine transeundo<sup>44</sup> spem<sup>45</sup> se<sup>46</sup> fefellisse intellexerunt, neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi causa viderunt, atque ipsos<sup>47</sup> res frumentaria deficere coepit, consilio convocato, constituerunt optimum esse<sup>48</sup> domum suam quemque reverti et, quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos<sup>49</sup> defendendos undique convenirent, ut potius in suis quam in alie-

<sup>37</sup> *si possent...expugnarent...; si minus potuissent.* La segunda prótasis lleva el plusc. para indicar con más precisión la circunstancia de la acción.

<sup>38</sup> *nobis usui.* Gr. 433 b.

<sup>39</sup> *levis armaturae.* Genit. de cualidad (Gr. 428 b) referido a "Numidas": «tropas ligeras».

<sup>40</sup> *funditores...pontem traducit.* Doble acusativo con "traducere". Gr. 413 b.

<sup>41</sup> *aggressi.* Gr. 476 a.

<sup>42</sup> *per eorum corpora:* «por encima de sus cadáveres».

<sup>43</sup> *reliquos...conantes:* «a los demás que intentaban». Compl. directo de "reppulerunt."

<sup>44</sup> *de expugnando oppido et de flumine transeundo.* Chiasmo (léase quiasmo) o entrecruzamiento. Las palabras en el segundo miembro están colocadas en orden inverso al que ocupan en el primero. "De": «respecto a», «en orden a».

<sup>45</sup> *spem.* Suj. de "fefellisse".

<sup>46</sup> *se.* Compl. dir. de "fefellisse".

<sup>47</sup> *ipsos.* El enemigo.

<sup>48</sup> *esse.* Su sujeto es la proposición "quemque reverti".

<sup>49</sup> *quorum...ad eos.* El demostrativo aparece pospuesto, como es frecuente, al relativo. Gr. 199 b.

nis finibus decertarent et domesticis copiis rei frumentariae uterentur. Ad eam sententiam cum reliquis causis<sup>50</sup> haec quoque ratio<sup>51</sup> eos deduxit, quod Diviciacum atque Haeduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. His<sup>52</sup> persuaderi ut diutius morarentur neque suis auxilium ferrent, non poterat.

XI. Ea re constituta, secunda vigilia magno cum strepitu ac tumultu castris egressi, nullo certo ordine neque imperio,<sup>53</sup> cum sibi quisque primum itineris locum peteret et domum pervenire properaret, fecerunt ut consimilis fugae profectio videretur. Hac re statim Caesar per speculatores<sup>54</sup> cognita, insidias veritus,<sup>55</sup> quod qua de causa discederent<sup>56</sup> nondum perspexerat, exercitum equitatumque castris continuit. Prima luce, confirmata re ab exploratoribus, omnem equitatum, qui novissimum agmen<sup>57</sup> moraretur,<sup>58</sup> praemisit. His Q. Pedium et L. Arunculeium Cottam legatos praefecit; T. Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit. Hi novissimos adorti et multa milia passuum prosecuti, magnam multitudinem eorum fugientium conculcaverunt, cum ab extremo agmine,<sup>59</sup> ad quos<sup>60</sup> ventum erat, consistenter fortiterque impetum nostrorum militum sustinerent,<sup>61</sup> priores (quod abesse a periculo viderentur neque ulla necessi-

<sup>50</sup> *causis*: «motivos».

<sup>51</sup> *haec...ratio*: «esta consideración».

<sup>52</sup> *his* ("Bellovacis"). Los verbos que llevan el dativo en la activa se usan impersonalmente en pasiva y conservan el dativo.

<sup>53</sup> *nullo...imperio*: «sin orden ni mando». Gr. 454 a.

<sup>54</sup> *per speculatores*. Cuando el agente se considera como instrumento o medio, se expresa, generalmente, con "per" y acusativo (Gr. 441). Véase, en cambio, más abajo, *ab exploratoribus*.

<sup>55</sup> *veritus*. Gr. 476 c.

<sup>56</sup> *discederent*. Interrogación indirecta. Gr. 509.

<sup>57</sup> *novissimum agmens*: «la retaguardia» (del enemigo).

<sup>58</sup> *moraretur*. Gr. 543, 1 b.

<sup>59</sup> *ab extremo agmine*: «el extremo de la retaguardia».

<sup>60</sup> *quos*. Se refiere a "agmen". Concordancia «ad sensum».

<sup>61</sup> *consisterent...sustinerent*, tienen por sujeto "fugientes", palabra implícita en "fugientium".

tate neque imperio continerentur<sup>62</sup>), exaudito clamore, perturbatis ordinibus,<sup>63</sup> omnes in fuga sibi praesidium ponerent. Ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfe- cerunt, quantum fuit diei spatium, sub occasumque solis destiterunt<sup>64</sup> seque in castra, ut erat imperatum, receperunt.

## III

- <sup>62</sup> *viderentur...continerentur*. Casos de atracción. Gr. 545.  
<sup>63</sup> *exaudito clamore, perturbatis ordinibus*. Doble ablativo absoluto, el primero de los cuales contiene la causa de lo expresado en el segundo.  
<sup>64</sup> *destiterunt* ("a caede"): «cesaron en la matanza».

### III

*Algunos pueblos alpinos son sometidos por obra del legado Servio Galba (57 a. J. C.) al poder Romano. Sublévanse las ciudades marítimas a incitación de los Veneti. Prepárase César a hacer frente a éstos y a sus aliados, y expone las causas de su determinación (I-X). División del ejército Romano (XI).*

XI. Itaque Titum Labienum legatum in Treveros, qui proximi flumini<sup>1</sup> Rheno sunt, cum equitatu mittit. Huic mandat<sup>2</sup> Remos reliquosque Belgas adeat atque in officio contineat, Germanosque, qui auxilio a Belgis arcessiti<sup>3</sup> dicebantur, si per vim navibus flumen<sup>4</sup> transire conentur, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis duodecim et magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci iubet, ne ex his nationibus<sup>5</sup> auxilia in Galliam mittantur ac tantae nationes coniungantur. Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus tribus in Venellos, Coriosolitas Lexoviosque mittit, qui<sup>6</sup> eam manum<sup>7</sup> distinendam<sup>8</sup>

<sup>1</sup> qui proximi flumini. Gr. 434 a.

<sup>2</sup> mandat...adeat. Gr. 524.

<sup>3</sup> arcessiti ("esse").

<sup>4</sup> flumen: «el Rin».

<sup>5</sup> nationibus ("Aquitanis").

<sup>6</sup> qui...curet: "ut is curet". Gr. 542, 1 b.

<sup>7</sup> eam manum: «las fuerzas de aquellos pueblos».

<sup>8</sup> distinendam. Gerundivo dependiente de "curet". Gr. 480 c. "Distinere": «disgregar», «dividir», «impedir que se concentrasen».

curet. D. Brutum adulescentem classi Gallicisque navibus, quas ex Pictonibus et Santōnis reliquisque pacatis regionibus convenire iusserat, praeficit<sup>9</sup> et, cum primum posset, in Venetos proficisci iubet. Ipse eo<sup>10</sup> pedestribus copiis contendit.

*Necesidad de una escuadra para combatir a los Veneti (XII).*

*Estructura de las naves usadas por éstos (XIII).*

XIII. Namque ipsorum naves ad hunc modum factae armataeque erant: carinae aliquanto planiores quam<sup>11</sup> nostrarum navium, quo<sup>12</sup> facilius vada ac decessum aestus<sup>13</sup> excipere<sup>14</sup> possent; prorae admōdum erectae atque item puppes ad magnitudinem fluctuum tempestatumque accommodatae; naves totae factae ex robore ad quamvis<sup>15</sup> vim et contumeliam<sup>16</sup> perferendam; transtra<sup>17</sup> ex pedalibus in altitudinem trabibus,<sup>18</sup> confixa clavis ferreis digiti pollicis crassitudine; ancorae pro<sup>19</sup> funibus ferreis catenis revinctae; pelles pro velis alutaeque tenuiter confectae,<sup>20</sup> sive propter lini inopiam atque eius usus inscientiam, sive eo, quod est magis veri simile, quod tantas tempestates Ocea-

<sup>9</sup> *Brutum... classi... praeficit.* Gr. 431 c.

<sup>10</sup> *eo.* Adverbio.

<sup>11</sup> *quam* ("carinae") *nostrarum navium.*

<sup>12</sup> *quo:* "ut eo". Gr. 529.

<sup>13</sup> *decessum* (cfr. "decedo") *aestus:* lit. «el retirarse del oleaje», «el reflujo».

<sup>14</sup> *excipere:* «resistir», «aguantar».

<sup>15</sup> *quamvis.* De "quivis".

<sup>16</sup> *vim et contumeliam:* «el choque violento». Hendíadis. "Contumelia" se usa, por lo común, en sentido moral.

<sup>17</sup> *transtra.* Esta palabra no significa aquí «bancos», pues los navíos Galos no se movían por medio de remos, sino «travesaños».

<sup>18</sup> *pedalibus... trabibus:* «los travesaños de vigas ("trabes") de un pie de grosor» ("in altitudinem").

<sup>19</sup> *pro:* «en lugar de».

<sup>20</sup> *alutae tenuiter confectae:* «badanas sutilmente trabajadas».

ni tantosque impetus ventorum sustineri ac tanta onera navium<sup>21</sup> regi velis non satis commode posse arbitrabantur...

XIV.—Compluribus expugnatis oppidis, Caesar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam captis oppidis reprīmi neque iis noceri<sup>22</sup> posse, statuit exspectandam<sup>23</sup> classem. Quae ubi convenit ac primum ab hostibus visa est, circiter CCXX naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae profectae ex portu, nostris adversae<sup>24</sup> constiterunt;; neque<sup>25</sup> satis Bruto, qui classi praeerat, vel tribunis militum centurionibusque, quibus singulae naves erant attributae, constabat quid agerent aut quam rationem pugnae insisterent<sup>26</sup>. Rostro enim noceri non posse cognoverant; turribus autem excitatis, tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat,<sup>27</sup> ut neque ex inferiore loco satis commode tela adigi possent et missa ab Gallis gravius acciderent.<sup>28</sup> Una erat magno usui res praeparata a nostris: falces praeacutae, insertae affixaeque longuriis,<sup>29</sup> non absimili forma muralium falcium.<sup>30</sup> His cum funes, qui antemnas ad malos destinabant,<sup>31</sup> comprehensi

<sup>21</sup> *tanta onera navium*: "tam graves naves" o "naves tanti oneris".

<sup>22</sup> *iis noceri*. Gr. 122 a, 2.

<sup>23</sup> *exspectandam* ("esse").

<sup>24</sup> *nostris adversae*: «frente a las nuestras».

<sup>25</sup> *neque*: "sed non", referido a "satis constabat."

<sup>26</sup> *aut quam rationem pugnae insisterent*: «o qué táctica ("ratio pugnae") adoptarian». "Insisto" se usa aquí transitivamente, pero en otros pasajes lleva dativo o ablativo con "in".

<sup>27</sup> *turribus...superabat*: «y aun erigidas torres (en los navíos Romanos), la altura de las popas, del lado de los Vénetos, las ("has") superaba». *Turribus...excitatis*. Abl. absol. con valor concesivo (Gr. 454 d), equivalente a "quamquam verro turres excitabantur".

<sup>28</sup> *adigi...acciderent*. El primer verbo indica un movimiento de abajo arriba, realizado con esfuerzo; el segundo, el movimiento contrario llevado a cabo sin trabajo.

<sup>29</sup> *falces...longuriis*. Para cortar los cables de los navíos enemigos.

<sup>30</sup> *muralium falcium*. Para desplazar y arrancar las piedras de las murallas.

<sup>31</sup> *qui antemnas ad malos destinabant*: «que sujetaban las antenas a los mástiles».

adductique erant, navigio remis incitato, praerumpebantur.<sup>32</sup> Quibus abscisis, antennae necessario concidebant, ut,<sup>33</sup> cum omnis Gallicis navibus<sup>34</sup> spes in velis armamentisque consisteret, his ereptis, omnis usus navium uno tempore<sup>35</sup> eriperetur. Reliquum erat certamen positum in virtute, qua nostri milites facile superabant atque eo magis, quod in conspectu Caesaris atque omnis exercitus res gerebatur,<sup>36</sup> ut<sup>37</sup> nullum paulo fortius<sup>38</sup> factum latere posset: omnes enim colles ac loca superiora, unde<sup>39</sup> erat propinquus despectus<sup>40</sup> in mare, ab exercitu tenebantur.

XV. Disiectis, ut diximus, antennis, cum singulas binae ac ternae naves<sup>41</sup> circumsteterant, milites summa vi transcendere in hostium naves contendebant. Quod postquam barbari fieri animadverterunt, expugnatis compluribus navibus, cum ei rei<sup>42</sup> nullum reperiretur auxilium, fuga salutem petere contenderunt. Ac iam conversis in eam partem navibus, quo<sup>43</sup> ventus ferebat, tanta subito malacia ac tranquillitas<sup>44</sup> exstitit, ut se ex loco movere non possent. Quae quidem res ad negotium conficiendum maxime fuit opportuna: nam singulas<sup>45</sup> nostri consecrati expugnaverunt, ut perpaucae ex omni numero noctis interven-

<sup>32</sup> *his cum...adductique erant...praerumpebantur.* "Cum" es aquí iterativo (Gr. 526 b): «cada vez que el cordaje... era aferrado y atraído por las hoces ("his"), se hacía pedazos, al ponerse en rápido movimiento, a fuerza de remos, la nave Romana».

<sup>33</sup> *ut.* Consecutivo: «de modo que».

<sup>34</sup> *Gallicis navibus.* Dativo.

<sup>35</sup> *uno tempore:* "eodem tempore, simul".

<sup>36</sup> *res gerebatur:* "pugnabatur."

<sup>37</sup> *ut:* «de suerte que».

<sup>38</sup> *paulo fortius:* «de algún valor».

<sup>39</sup> *unde:* "ex quibus".

<sup>40</sup> *propinquus despectus in mare:* «una vista próxima sobre el mar» («desde los cuales podía verse el mar de cerca».)

<sup>41</sup> *cum singulas binae ac ternae naves.* Gr. 392.

<sup>42</sup> *ei rei:* «contra este sistema de ataque».

<sup>43</sup> *quo:* "in quam".

<sup>44</sup> *malacia ac tranquillitas:* «calma absoluta».

<sup>45</sup> *singulas:* «una a una».

tu ad terram pervenerint,<sup>46</sup> cum ab hora fere quarta<sup>47</sup> usque ad solis occasum pugnaretur.

XVI. Quo proelio bellum Venetorum<sup>48</sup> totiusque orae maritimae confectum est...

*Los capítulos XVII-XIX narran los incidentes de la lucha de Q. Titurio Sabino contra los pueblos del NO. y la victoria del legado Romano. El resto del libro III (Caps. XX-XXVII) contiene la expedición de Craso a la Aquitania y la de César contra los Morini y Menapii.*

<sup>46</sup> *expugnauerunt...ut...pervenerint.* Para la derogación en este caso de la "consecutio temporum", vid. Gr. 532 a.

<sup>47</sup> *ab hora fere quarta:* «desde alrededor de las diez de la mañana».

<sup>48</sup> *Venetorum:* «contra los Vénetos». Genitivo objetivo, Gr. 428 a.

#### IV

*En los capítulos I-IV del libro IV de sus COMENTARIOS, detalla César las costumbres de los Suebi, su comercio y los límites del país que ocupaban.*

I. Ea, quae secuta est, hieme, qui fuit annus Cn. Pompeio M. Crasso consulibus, Usipètes Germani<sup>1</sup> et item Tencteri magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt, non longe a mari, quo<sup>2</sup> Rhenus influit. Causa transeundi fuit quod, ab Suebis complures annos exagitati, bello premebantur et agricultura prohibebantur. Sueborum gens est longe<sup>3</sup> maxima et bellicosissima Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manserunt,<sup>4</sup> se atque illos alunt; hi rursus invicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. Sic neque agricultura nec ratio atque usus belli<sup>5</sup> intermittitur. Sed privati ac separati agri<sup>6</sup> apud eos nihil

<sup>1</sup> Germani. Adjetivo.

<sup>2</sup> quo. Adverbio: "in quod".

<sup>3</sup> longe. Refuerza los superlativos inmediatos. Gr. 345 b.

<sup>4</sup> manserunt. Perfecto, porque expresa una acción anterior a "se... alunt".

<sup>5</sup> ratio atque usus belli: «la teoría y práctica de la guerra».

<sup>6</sup> privati ac separati agri. Genitivos partitivos dependientes de "nihil". Gr. 428 d.

est, neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Neque multum frumento, sed maximam partem<sup>7</sup> lacte atque pecore vivunt, multumque sunt<sup>8</sup> in venationibus; quae res et cibi genere<sup>9</sup> et cotidiana exercitatione et libertate vitae, quod a pueris<sup>10</sup> nullo officio aut disciplina assuefacti<sup>11</sup> nihil omnino contra voluntatem faciunt, et vires alit<sup>12</sup> et immani corporum magnitudine homines efficit.<sup>13</sup> Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vestitus praeter pellis<sup>14</sup> haberent<sup>15</sup> quicquam,<sup>16</sup> quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta,<sup>17</sup> et lavarentur in fluminibus.

II. Mercatoribus est aditus,<sup>18</sup> magis eo ut,<sup>19</sup> quae bello ceperint,<sup>20</sup> quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent. Quin etiam iumentis,<sup>21</sup> quibus maxime Galli delectantur quaeque impenso parant pretio,<sup>22</sup> Germani importatis non utuntur, sed quae<sup>23</sup> sunt apud eos nata, prava at-

<sup>7</sup> *maximam partem*. Gr. 417, nota 2.

<sup>8</sup> *multumque sunt*: «pasan mucho tiempo».

<sup>9</sup> *genere...exercitatione...libertate*. Ablativos de causa. Gr. 444 a.

<sup>10</sup> *a pueris*. Gr. 32 a.

<sup>11</sup> *nullo officio aut disciplina assuefacti*. "Assuefacio" está construído con ablativo, como es de regla; sólo a partir de Tito Livio aparece también el dativo.

<sup>12</sup> *alit*. Suj. "quae res".

<sup>13</sup> *efficit* ("eos"). Gr. 419.

<sup>14</sup> *pellis*. Acusativo. Gr. 27, 1.

<sup>15</sup> *haberent*, y más abajo "lavarentur", se traducen con el presente; en latín aparece el imperfecto, en virtud de la "consecutio temporum". Gr. 503.

<sup>16</sup> *quicquam* ha de relacionarse con "neque"; "vestitus" es gen. part. dependiente de "quicquam".

<sup>17</sup> *aperta*: «desnuda».

<sup>18</sup> *aditus* ("ad eos").

<sup>19</sup> *ut...habeant*: "ut habeant quibus vendant quae bello ceperint."

<sup>20</sup> *quae bello ceperint*: «su botín».

<sup>21</sup> *iumentis*: «caballos».

<sup>22</sup> *impenso pretio*: «a cualquier precio» (lit. «sin pesar la suma»).

<sup>23</sup> *quae* ("iumenta").

que deformia, haec cotidiana exercitatione summi ut sint laboris<sup>24</sup> efficiunt. Equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus<sup>25</sup> proeliantur, equosque eodem remanere vestigio assuefecerunt, ad quos se celeriter, cum usus est,<sup>26</sup> recipiunt; neque eorum moribus turpius quicquam aut inertius habetur quam ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum, quamvis pauci,<sup>27</sup> adire<sup>28</sup> audent. Vinum ad se omnino importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrantur.

*Los capítulos restantes, hasta el XV, contienen los incidentes de la lucha con los Usipetes y Tencteri, que, empujados por los Suebi, habían atravesado el Rin por el norte de Bélgica. César hace otro tanto, se dirige contra los Sugambrii, que se refugian en sus selvas, y penetra en territorio de los Ubii, a quienes ofrece protección. No resolviéndose a atacar a los Suebi, destruye el puente y torna a la Galia (XVI-XIX). A pesar de lo avanzado de la estación, decide el caudillo Romano marchar a la Gran Bretaña, de cuyo país no tenían los Romanos noticias precisas. A este fin, envía como explorador al tribuno Voluseno, concentra su ejército en tierras de los Morini, organiza su escuadra, y después de tomar medidas contra algunas tribus rebeldes, emprende la marcha y tropieza con la resistencia de la caballería enemiga, que obstaculiza su desembarco (XX-XXIV). César pone entonces en juego la artillería, y después de duro combate logra tomar tierra (XXV-XXVI).*

<sup>24</sup> *summi...laboris*: «de extremada resistencia». Gen. de cualidad. Gr. 428 b.

<sup>25</sup> *pedibus*: «a pie».

<sup>26</sup> *cum usus est*: «cuando es necesario».

<sup>27</sup> *quamvis* (Gr. 537 c) *pauci* ("sint"): «por pocos que sean».

<sup>28</sup> *adire*: «atacar».

XXV. Quod ubi Caesar animadvertit, naves<sup>29</sup> longas, quarum et species<sup>30</sup> erat barbaris<sup>31</sup> inusitator et motus ad usum<sup>32</sup> expeditior, paulum removeri ab onerariis navibus et remis incitari et ad latus apertum hostium constitui atque inde<sup>33</sup> fundis, sagittis, tormentis hostes<sup>34</sup> propelli ac submoveri iussit; quae res<sup>35</sup> magno usui nostris fuit<sup>36</sup>. Nam et navium figura et remorum motu et inusitato genere tormentorum permoti barbari, constiterunt ac paulum modo pedem rettulerunt.<sup>37</sup> Atque nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris, qui decimae legionis aquilam ferebat, contestatus deos<sup>38</sup> ut ea res<sup>39</sup> legioni feliciter eveniret: “Desilite”, inquit, “commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere: ego certe<sup>40</sup> meum rei publicae atque imperatori officium praestitero”.<sup>41</sup> Hoc cum voce magna dixisset, se ex navi proiecit atque in hostes aquilam ferre coepit. Tum nostri cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, universi ex navi desiluerunt. Hos item ex proximis navibus cum conspexissent,<sup>42</sup> subsequuti hostibus appropinquarunt.

<sup>29</sup> *naves*. Sujeto de “removeri”, “incitari”, “constitui”, infinitivos dependientes de “iussit”.

<sup>30</sup> *species*: «la forma».

<sup>31</sup> *barbaris*. Dativo.

<sup>32</sup> *usum*: «para la maniobra».

<sup>33</sup> *inde*. Esta palabra va con “propelli ac submoveri”.

<sup>34</sup> *hostes*. Sujeto de los dos infinitivos inmediatos, dependientes de “iussit”.

<sup>35</sup> *quae res*: «maniobra que».

<sup>36</sup> *usui nostris fuit*. Gr. 433 b.

<sup>37</sup> *paulum... rettulerunt*: «retrocedieron un poco». “Pedem referre”: «echar pie atrás», «retroceder».

<sup>38</sup> *contestatus deos*: «invocando en su ayuda a los dioses». Gr. 476 a.

*ea res*: «aquel proyecto».

<sup>40</sup> *ego certe*: «al menos yo».

<sup>41</sup> *officium praestitero*: «habré cumplido mi deber». El futuro perfecto presenta el hecho como realizado ya.

<sup>42</sup> *conspexissent*. El sujeto se deduce del contexto mismo, pues la frase equivale a “ii, qui in proximis navibus erant”.

XXVI. Pugnatum est ab utrisque acriter. Nostri tamen, quod neque ordines servare,<sup>43</sup> neque firmiter insistere,<sup>44</sup> neque signa subsequi<sup>45</sup> poterant, atque alius alia ex navi,<sup>46</sup> quibuscumque signis occurrerat, se aggregabat,<sup>47</sup> magnopere perturbabantur; hostes vero, notis omnibus vadis, ubi ex litore aliquos singulares ex navi egredientes conspexerant, incitatis equis, impeditos adoriebantur, plures paucos circumstebant, alii ab latere aperto in universos tela coniciebant. Quod cum animadvertisset Caesar, scaphas longarum navium, item speculatoria navigia militibus compleri iussit, et quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat. Nostri, simul<sup>48</sup> in arido constiterunt, suis omnibus consecutis, in hostes impetum fecerunt atque eos in fugam dederunt; neque longius prosequi potuerunt, quod equites cursum tenere<sup>49</sup> atque insulam capere<sup>50</sup> non potuerant. Hoc unum ad pristinam fortunam Caesari defuit.

*César acepta la sumisión de los Bretones, y después de varios incidentes, regresa a la Galia, en donde castiga, por medio de sus lugartenientes, a los Morini y Menapii. Traslada luego su ejército a invernar a Bélgica, donde recibe a los rehenes Bretones. Entretanto, el Senado Romano decreta una "supplicatio", o fiesta pública, durante veinte días, en acción de gracias por tantas y tan magníficas victorias. (XXVII-XXXVIII).*

<sup>43</sup> *ordines servare*: «guardar las filas».

<sup>44</sup> *firmiter insistere*: «asentar sólidamente el pie».

<sup>45</sup> *signa subsequi*: «seguir las correspondientes banderas».

<sup>46</sup> *alius alia ex navi*. Gr. 228.

<sup>47</sup> *atque...aggregabat*: «sino que, quién de una nave, quién de otra, se agregaba a las primeras enseñas que encontraba». "Atque", después de frases negativas, tiene valor adversativo: «sino que», «pero». "Occurrerat", y más abajo, "conspexerant", "conspexerat" son pluscuamperfectos que indican una acción repetida, y se traducen con el imperfecto.

<sup>48</sup> *simul*: "simul ac." Gr. 525, 2 a.

<sup>49</sup> *cursum tenere*: «mantener la buena dirección».

<sup>50</sup> *capere*: «alcanzar».

## V

*Los siete primeros capítulos de este libro comprenden la narración de los acontecimientos anteriores a la segunda expedición contra la Gran Bretaña, y, entre otros, el castigo y muerte de Dumnórige. Partida la escuadra y desembarcado su ejército (VIII), César obliga a los bretones a retirarse (IX).*

VIII. His rebus gestis, Labieno in continenti cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, ut portus tueretur et rem frumentariam provideret, quaeque in Gallia gererentur cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse cum quinque legionibus et pari numero equitum, quem in continenti reliquerat, ad solis occasum naves solvit et leni Africo<sup>1</sup> proventus, media circiter nocte vento intermisso, cursum non tenuit et, longius delatus aestu, orta luce, sub sinistra Britanniam relictam conspexit.<sup>2</sup> Tum rursus aestus commutationem secutus,<sup>3</sup> remis contendit ut eam partem insulae caperet, qua<sup>4</sup> optimum esse egressum<sup>5</sup> superiore aestate cognoverat. Qua in

<sup>1</sup> *leni Africo*: «por un ábrego suave». Viento del suroeste, llamado así porque soplabá de Africa hacia Italia.

<sup>2</sup> *et longius delatus... conspexit*. César fué arrastrado por la corriente un gran trecho hacia el noreste, dejando a su izquierda la Gran Bretaña.

<sup>3</sup> *tum...secutus*: «siguiendo el cambio de la corriente».

<sup>4</sup> *qua* ("parte")

<sup>5</sup> *optimum...egressum*: «el mejor desembarco».

re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibusque navigiis,<sup>6</sup> non intermisso remigandi labore, longarum navium cursum adaequarunt. Accessum est ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore, neque in eo loco hostis est visus; sed, ut postea Caesar ex captivis cognovit, cum<sup>7</sup> magnae manus eo convenissent, multitudine navium perterritae, quae cum annotinis<sup>8</sup> privatisque, quas sui quisque<sup>9</sup> commodi causa fecerat, amplius octingentae uno erant visae tempore, a litore discesserant ac se in superiora loca abdiderant.

IX. Caesar, exposito exercitu et loco castris idoneo capto, ubi ex captivis cognovit quo in loco hostium copiae consedisent, cohortibus decem ad mare relictis et equitibus trecentis, qui praesidio navibus essent, de tertia vigilia ad hostes contendit, eo minus veritus navibus,<sup>10</sup> quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoram<sup>11</sup> relinquebat; ei praesidio navibusque Q. Atrium praefecit. Ipse, noctu progressus, milia passuum circiter XII, hostium copias conspicatus est. Illi equitatu atque essedis<sup>12</sup> ad flumen progressi, ex loco superiore nostros prohibere et proelium committere coeperunt. Repulsi ab equitatu, se in silvas abdiderunt, locum nacti egregie et natura et opere munitum, quem domestici belli, ut videbatur, causa<sup>13</sup> iam ante praeparaverant; nam crebris arboribus succisis omnes introitus

<sup>6</sup> *vectoriis...navigiis*. Abl. inst.: «naves pesadas de transporte».

<sup>7</sup> *cum*: «aunque».

<sup>8</sup> *annotinis*: «las naves que habían prestado servicio el año anterior».

<sup>9</sup> *sui* (Gr. 183 a) *quisque*. Gr. 378 b. Alude a los más ricos compañeros de César, que habían ocurrido con naves particulares fletadas a su costa.

<sup>10</sup> *veritus navibus* (dat.): «temiendo por sus naves».

<sup>11</sup> *deligatas ad ancoram*: «ancladas».

<sup>12</sup> *essedis*. El "essedum" era un carro de dos ruedas, tirado por dos caballos y montado por el auriga y un combatiente. César mismo (libro IV, capítulo XXXIII) describe con detalle los movimientos de estos carros en el campo de batalla.

<sup>13</sup> *belli...causa*. Gr. 255.

erant praeclusi. Ipsi ex silvis rari<sup>14</sup> propugnabant nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant.<sup>15</sup> At milites legionis septimae, testudine facta et aggere ad munitiones adiecto,<sup>16</sup> locum ceperunt eosque ex silvis expulerunt, paucis vulneribus acceptis.<sup>17</sup> Sed eos fugientes longius Caesar prosēqui vetuit, et quod loci naturam ignorabat, et quod, magna parte diei consumpta, munitioni castrorum tempus relinqui volebat.

*Noticioso César de que su flota había sufrido los embates de una gran tempestad, vuelve al mando de sus tropas (X-XI). Describe a continuación (XII-XIV) la Gran Bretaña y costumbres de sus habitantes, relata nuevas escaramuzas y expone la táctica bretona (XV-XVI). Después de cruzar el Támesis y de someter al jefe bretón Casivelauno, vese el general Romano obligado a hacer frente a varias tribus rebeldes. Ambiórige, al frente de los Nervi ataca a Q. Tulio Cicerón, quien, a pesar del incendio de su campamento, rechaza al enemigo (XVII-XLIII). Valeroso comportamiento de dos centuriones Romanos (XLIV).*

XLIV. Erant in ea legione fortissimi viri centuriones, qui primis ordinibus appropinquarent,<sup>18</sup> T. Pulio et L. Vorenus. Hi perpetuas inter se controversias habebant uter<sup>19</sup> alteri antefer-

<sup>14</sup> *rari*: «esparcidos a trechos».

<sup>15</sup> *ingredi prohibebant*. Gr. 522 a.

<sup>16</sup> *aggere ad munitiones adiecto*: «levantando un terraplén contra las fortificaciones». «Agger» significa aquí un amontonamiento de ramas, tierra, piedras, etc., arrimado al seto.

<sup>17</sup> *paucis vulneribus acceptis*: «sin más daño que pocas heridas». Gr. 454 a.

<sup>18</sup> *qui...appropinquarent*: «que estaban próximos a ascender al primer grado». Los «primi ordines» eran, según unos, los seis centuriones de la «prima cohors» y, según otros, sólo los tres «priors» de la misma cohorte. El subjuntivo «appropinquarent» se explica teniendo en cuenta el valor consecutivo de la proposición relativa. Gr. 543, 1 c.

<sup>19</sup> *uter*. Algunas ediciones escriben «quinam», pero «uter» es el pronombre usado cuando se trata de dos personas.

retur, omnibusque annis de loco<sup>20</sup> summis simultatibus contende-  
 debant. Ex his Pulio, cum acerrime ad munitiones pugnaretur:  
 "Quid dubitas, inquit, Vorene? aut quem locum<sup>21</sup> tuae proban-  
 dae virtutis<sup>22</sup> exspectas? Hic dies de nostris controversiis iudi-  
 cabit". Haec cum dixisset, procedit extra munitiones, quaeque  
 pars hostium confertissima est visa, irrumpit.<sup>23</sup> Ne Vorenius qui-  
 dem sese vallo continet, sed omnium veritus<sup>24</sup> existimationem  
 subsequitur, mediocri spatio relicto. Pulio pilum in hostes im-  
 mittit atque unum ex multitudine procurrentem<sup>25</sup> traicit; quo  
 percusso et exanimato, hunc<sup>26</sup> scutis protegunt hostes, in illum  
 tela universi coniciunt neque dant regrediendi facultatem.  
 Transfigitur scutum Pulioni<sup>27</sup> et verutum in balteo defigitur.  
 Avertit hic casus vaginam et gladium educere conanti dextram  
 moratur manum,<sup>28</sup> impeditumque hostes circumstant. Succur-  
 rit inimicus illi Vorenius et laboranti subvenit. Ad hunc se con-  
 festim a Pulione omnis multitudo convertit; illum veruto arbi-  
 trantur occisum. Gladio cominus rem gerit Vorenius<sup>29</sup> atque,  
 uno interfecto, reliquos paulum propellit; dum cupidius instat,

<sup>20</sup> *de loco*: «acerca de la precedencia».

<sup>21</sup> *locum*: «ocasión».

<sup>22</sup> *tuae probandae virtutis*. Gr. 154 c.

<sup>23</sup> *quaeque pars... irrumpit*: "irrumpit in eam partem, quae".

<sup>24</sup> *veritus*: «temiendo». Gr. 476 c.

<sup>25</sup> *unum... procurrentem*: «a uno que avanzaba corriendo hacia él».

<sup>26</sup> *quo percusso et exanimato, hunc*. César usa a veces (VII, 4, 1; 76, 3) el ablativo absoluto en vez del participio en aposición al sujeto o, como aquí, al complemento directo del verbo principal. La construcción sería "quem percussum... protegunt". Gr. 455.

<sup>27</sup> *Pulioni*. Gr. 432 a.

<sup>28</sup> *gladium educere conanti* (Gr. 480 a)...*manum*: «embarazándole la diestra cuando intentaba desenvainar».

<sup>29</sup> *gladio cominus rem gerit Vorenius*: "Voreno combate de cerca, es-  
 pada en mano».

in locum deiectus<sup>30</sup> inferiorem concidit. Huic rursus<sup>31</sup> circumvento fert subsidium Pulio, atque ambo incolumes, compluribus interfectis, summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset,<sup>32</sup> neque diiudicari posset uter utri virtute anteferendus videretur.

*César acude en socorro de Cicerón y lo libra del asedio (XLV-LII). El resto del libro (LIII-LVIII) relata las sublevaciones de algunos pueblos Galos, ocurridas entre los años 51 y 53 a. J. C., y, en especial, el movimiento provocado por Induciomaro y la muerte de éste cuando atacaba el campamento de Labieno.*

<sup>30</sup> *deiectus*: «de la pendiente».

<sup>31</sup> *rursus*: «a su vez».

<sup>32</sup> *alteri...auxilio...esset*. Gr. 433 b.

## VI

*El libro VI contiene las incidencias de la guerra durante el año 53 a. de J. C. En sus primeros capítulos (I-VIII) se lee el relato de la campaña de César contra los Nervii, Senones, Carnutes, Menapii, etc., y el ataque de los Treveri al ejército de Labieno. En los capítulos IX y X comienza la narración de la segunda travesía del Rin. En este punto se intercala una larga digresión acerca de las costumbres de los Galli y Germani, terminada la cual, se reanuda (XXIX-XLIV) el relato del paso del río y de los sucesos posteriores (expedición de César contra Ambiórige y los Eburoni). Los capítulos correspondientes a la antedicha digresión (XI-XXVIII) son importantísimos por tratarse del documento más antiguo tocante a la historia de los citados pueblos. Comenzando por los Galli, nos da noticia César de los Druidae y sus ceremonias (XIII-XIV), de los caballeros (XV), ritos religiosos, divinidades (XVI-XVII) y costumbres (matrimonio, familia, derechos paternos, funerales y magistrados) (XVIII-XX).*

XVI. Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus,<sup>1</sup> atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut pro<sup>2</sup> victi-

<sup>1</sup> religionibus: «prácticas religiosas».

<sup>2</sup> pro: «a manera de». Gr. 253, 8 b.

mis homines immolant aut se immolatuos<sup>3</sup> vovent administrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur; quod, pro vita hominis, nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur publiceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra<sup>4</sup> habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus<sup>5</sup> succensis, circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut in latrocinio aut aliqua noxa sint comprehensi,<sup>6</sup> gratiora diis immortalibus esse arbitrantur; sed cum eius generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.<sup>7</sup>

XVII. Deum maxime Mercurium<sup>8</sup> colunt. Huius sunt plurima simulacra; hunc<sup>9</sup> omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum<sup>10</sup> ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc, Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere quam reliquae gentes habent opinionem: Apollinem morbos depellere,<sup>11</sup> Minervam operum atque artificiorum initia<sup>12</sup> tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent; cum superaverunt, animalia cap-

<sup>3</sup> *immolatuos*. Gr. 480 ε.

<sup>4</sup> *simulacra*. Este término designa aquí una especie de ídolos de mimbre, que representaban figuras humanas gigantes. Se los destinaba al uso indicado en el texto.

<sup>5</sup> *quibus* ("simulacris").

<sup>6</sup> *sint comprehensi*. Gr. 543, 4.

<sup>7</sup> *descendunt*: «recurren».

<sup>8</sup> *Mercurium*. César suele identificar las divinidades Galas con las Romanas, basándose en la semejanza de sus atributos y funciones.

<sup>9</sup> *hunc* ("esse")

<sup>10</sup> *viarum atque itinerum*: «de los caminos y viajes».

<sup>11</sup> *depellere*, como "tradere", "tenere", "legere" son infinitivos del estilo indirecto. Gr. 548 a.

<sup>12</sup> *operum atque artificiorum initia*: «los fundamentos de los oficios y de las artes».

ta immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet; neque saepe accidit<sup>13</sup> ut, neglecta quispiam religione,<sup>14</sup> aut capta<sup>16</sup> apud se occultare, aut posita<sup>16</sup> tollere auderet<sup>17</sup> gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

*Los capítulos consagrados a los Germani (XXI-XXVIII) nos dan noticia de sus costumbres y religión (XXII), organización social y militar (XXIII), relaciones con los Galli (XXIV) y descripción de la selva Hercinia (XXV) y de su fauna: el reno (XXVI), el alce (XXVII) y el urus (XXVIII).*

XXII. Agriculturae non student<sup>18</sup> maiorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum certum<sup>19</sup> aut fines habet proprios,<sup>20</sup> sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum,<sup>21</sup> qui tum una coierunt,<sup>22</sup> quantum et quo loco visum est agri<sup>23</sup> attribuunt atque anno post<sup>24</sup> alio<sup>25</sup> transire cogunt. Eius

<sup>13</sup> *neque saepe accidit*: «rara vez ha acontecido».

<sup>14</sup> *neglecta... religione*: «con desprecio de la religión». Gr. 454 a.

<sup>15</sup> *capta*: «su botín».

<sup>16</sup> *posita*: «las ofrendas ya consagradas».

<sup>17</sup> *accidit ut... auderet*. Gr. 506, 1 b.

<sup>18</sup> *agriculturae* (Gr. 122 a, 2) *non student*. Según Tácito (Germania, XV) los trabajos del campo eran patrimonio de las mujeres, niños, ancianos y personas incapaces para la guerra.

<sup>19</sup> *modum certum*: «una extensión determinada».

<sup>20</sup> *fines... proprios*: «propiedad individual».

<sup>21</sup> *gentibus cognationibusque hominum*. «Gentes» significa aquí «conjunto de personas que llevan el mismo nombre de familia, y que tienen un lejano e indeterminado origen común». «Cognationes» designa el parentesco conocido, en cualquiera de sus grados.

<sup>22</sup> *qui tum una coierunt*: «que entonces viven juntamente».

<sup>23</sup> *agri*. Genitivo partitivo. (Gr. 428 d) dependiente de «quantum».

<sup>24</sup> *post*. Adverbio.

<sup>25</sup> *alio* (adverbio): «in alium locum».

rei multas afferunt<sup>26</sup> causas: ne, assidua consuetudine capti, studium belli gerendi agricultura commutent; ne latos fines parere studeant potentioresque<sup>27</sup> humiliores<sup>28</sup> possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem contineant,<sup>29</sup> cum suas quisque opes cum potentissimis<sup>30</sup> aequari videat.<sup>31</sup>

XXVI. Est bos<sup>32</sup> cervi figura, cuius a media fronte inter aures unum cornu existit excelsius magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus:<sup>33</sup> ab eius summo sicut palmae rami-que<sup>34</sup> late diffunduntur. Eadem est feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

<sup>26</sup> *afferunt* ("Germani").

<sup>27</sup> *potentioresque*. Sujeto.

<sup>28</sup> *humiliores*. Complemento directo.

<sup>29</sup> *ut...contineant*: «a fin de mantener a la plebe tranquila» (lit.: «con ecuanimidad»).

<sup>30</sup> *cum...potentissimis*: "cum potentissimorum opibus".

<sup>31</sup> *videat*. El subjuntivo reproduce el pensamiento de los Germanos.

<sup>32</sup> *bos*: «una especie de buey». Los latinos designaban con la palabra "bos" todo animal corpulento y con cuernos.

<sup>33</sup> *his...cornibus*. Ablativo comparativo, dependiente de "magis directum".

<sup>34</sup> *palmae rami-que*: «ramos a manera de palmas» (hendíadis) que arrancan de la punta del cuerno («ab eius summo»).

## VII

*Durante la ausencia de César intentan los Galli, dirigidos por Vercingetórige, una nueva sublevación (I-V). Volviendo a la Gallia el general Romano se apodera de Vellaunodunum (Montargis), Cenabum (Orleans), Noviodunum (Nevers) (VI-XIII) y Avaricum (Bourges) (XIV-XXXI). Pasa luego al territorio de los Arverni, y pone sitio a Gergovia. Sobreviene entretanto la rebelión de los Haedui, a quienes acalora su jefe Litavico (XXXVIII).*

XXXVIII. Litaviccus, accepto exercitu, cum milia passuum circiter XXX ab Gergovia abesset,<sup>1</sup> convocatis subito militibus, lacrimans: "Quo proficiscimur", inquit, "milites?" Omnis noster equitatus, omnis nobilitas interiit; principes civitatis, Eporodorix et Viridomarus, insimulati proditionis,<sup>2</sup> ab Romanis, indicta causa,<sup>3</sup> interfecti sunt. Haec ab his cognoscite, qui ex ipsa caede fugerunt: nam ego, fratribus atque omnibus meis pro-

<sup>1</sup> *milia* (acusativo de distancia. Gr. 118 b, 2) *passuum* (genitivo partitivo, Gr. 235 b)...*abesset*, Gr. 438 c.

<sup>2</sup> *insimulati proditionis*. Gr. 430 a.

<sup>3</sup> *indicta causa*: "causa non dicta": «sin ser oídos», «sin formación de causa».

pinquis interfectis,<sup>4</sup> dolore prohibeor, quae gesta sunt, pronuntiare”.<sup>5</sup> Producuntur ii, quos ille edocuerat quae dici vellet, atque eadem, quae Litaviccus pronuntiaverat, multitudini exponunt: “multos equites Haeduorum interfectos, quod collocuti cum Arvernīs dicerentur; ipsos se inter multitudinem militum occultasse atque ex media caede fugisse”. Conclamant Haedui et Litavicum obsecrant, ut sibi consulat.<sup>6</sup> “Quasi vero”, inquit, ille, “consilii sit res,<sup>7</sup> ac non necesse sit nobis Gergoviam contendere et cum Arvernīs nosmet coniungere. An dubitamus quin,<sup>8</sup> nefario facinore admissio,<sup>9</sup> Romani iam ad nos interficiendos concurrant? Proinde, si quid in nobis animi est, persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt atque hos latrones interficiamus”. Ostendit cives Romanos,<sup>10</sup> qui eius praesidii fiducia una erant. Continuo magnum numerum<sup>11</sup> frumenti commeatusque diripit, ipsos crudeliter excruciatos interficit. Nuntios tota civitate Haeduorum dimittit, eodem mendacio de caede equitum et principum permōvet; hortatur ut simili ratione atque<sup>12</sup> ipse fecerit, suas iniurias persequantur.

*Después de algunas alternativas (XXXIX-XLIII) decide César tomar por asalto a Gergovia (XLIV-XLIX), con adversa fortuna (L-LI). Retírase el ejército Romano (LIII), mientras los Haedui, en plena defección, preparan a resistir. César se dirige ha-*

<sup>4</sup> *fratribus...interfectis*. Abl. absol. causal. Gr. 454 d.

<sup>5</sup> *prohibeor...pronuntiare*. César construye siempre “prohibeor” con infinitivo. Cfr. Gr. 522 a.

<sup>6</sup> *sibi*: (“Haeduis) consulat. Gr. 431 b.

<sup>7</sup> *quasi vero...consilii sit res*: «como si el caso pidiese deliberación».

<sup>8</sup> *an dubitamus quin*. La interrogación tiene aquí valor negativo y equivale a “non est dubium”, lo cual explica la presencia de “quin”. Gr. 523 b.

<sup>9</sup> *nefario facinore admissio*. Gr. 454 d.

<sup>10</sup> *cives Romanos*. Mercaderes romanos que confiados en la amistad de los Haedui llevaban víveres a César.

<sup>12</sup> *simili...atque*. Gr. 538 d.

cia el norte y Labieno, llevando a cabo su expedición contra los Parisii, junta su ejército con el del caudillo Romano (LVII-LXII). Por ambas partes se dispone la lucha (LXIII-LXV) y César, tras de derrotar a Vercingetóriges (LXVI-LXVIII), pone sitio a Alesia (LXIX-LXXI).

LXIX. Ipsum erat oppidum in colle summo,<sup>13</sup> admodum edito loco, ut, nisi obsidione,<sup>14</sup> expugnari non posse videretur; cuius collis<sup>15</sup> radices duo duabus ex partibus flumina<sup>16</sup> subluabant. Ante id oppidum planities<sup>17</sup> circiter milia passuum tria in longitudinem patebat; reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interiecto spatio, pari altitudinis fastigio<sup>18</sup> oppidum cingebant. Sub muro, quae pars collis ad orientem solem spectabat, hunc omnem locum<sup>19</sup> copiae Gallorum compleverant fossamque et maceriam sex in altitudinem pedum praeduxerant. Eius munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus<sup>20</sup> XI milia passuum tenebat.<sup>21</sup> Castra opportunis locis erant posita ibique castella<sup>22</sup> XXIII facta; quibus in castellis interdum stationes<sup>23</sup> ponebantur, ne qua subito eruptio fieret; haec eadem<sup>24</sup> noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur.

LXX. Opere instituto, fit equestre proelium in ea planitie,

<sup>13</sup> *in colle summo*. Gr. 343.

<sup>14</sup> *obsidione*: «mediante un bloqueo».

<sup>15</sup> *collis*. El monte Auxois.

<sup>16</sup> *duo... flumina*. El Ose y el Oserain.

<sup>17</sup> *planities*. La llanura de Laumes.

<sup>18</sup> *pari altitudinis fastigio*. Las colinas que, de trecho en trecho, ceñían la ciudad, tenían la misma altura que el monte sobre el cual se asentaba aquella.

<sup>19</sup> *sub muro... locum*: "hunc omnem locum sub muro, quae pars".

<sup>20</sup> *eius munitionis... circuitus*: «el circuito de la trinchera trazada por los Romanos».

<sup>21</sup> *tenebat*: «abarcaba».

<sup>22</sup> *castella*: «baluartes».

<sup>23</sup> *stationes*: «cuerpos de guardia».

<sup>24</sup> *eadem* ("castella").

quam intermissam collibus,<sup>25</sup> tria milia passuum in longitudinem patere supra demonstravimus. Summa vi ab utrisque contenditur. Laborantibus nostris<sup>26</sup> Caesar Germanos submittit legionesque pro castris constituit, ne qua subito irruptio ab hostium peditatu fiat. Praesidio legionum addito<sup>27</sup>, nostris animus augetur; hostes, in fugam coniecti, se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis, coacervantur.<sup>28</sup> Germani acrius usque ad munitiones sequuntur. Fit magna caedes; non nulli, relictis equis, fossam transire et maceriam transcendere conantur. Paulum legiones Caesar, quas pro vallo constituerat, promoveri<sup>29</sup> iubet. Non minus, qui intra munitiones erant, perturbantur Galli: veniri ad se confestim existimantes, ad arma conclamant; non nulli perterriti in oppidum irrupunt. Vercingetorix iubet portas claudi, ne castra nudentur.<sup>30</sup> Multis interfectis, compluribus equis captis, Germani sese recipiunt.

LXXI. Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur,<sup>31</sup> consilium capit omnem ab se equitatum noctu dimittere.<sup>32</sup> Discedentibus mandat, ut suam quisque eorum civitatem adeat omnesque, qui per aetatem arma ferre possint, ad bellum cogant.<sup>33</sup> Sua in illos merita proponit obtestaturque,

<sup>25</sup> *intermissam collibus*: «libre de colinas».

<sup>26</sup> *laborantibus nostris*. Dativo.

<sup>27</sup> *praesidio...addito*: «con el socorro de las legiones».

<sup>28</sup> *angustioribus portis relictis* (Gr. 454 d) *coacervantur*: «se hacinan por ser demasiado estrechas las puertas dejadas» (practicadas en el muro).

<sup>29</sup> *promoveri*: «avanzar» (hacia Alesia).

<sup>30</sup> *nudentur* ("defensoribus").

<sup>31</sup> *priusquam...perficiantur*. Para el subj. vid. Gr. 525 d, 3.

<sup>32</sup> *consilium capit...dimittere*: «toma la resolución de despachar». El infinitivo, en vez del genitivo del gerundio ("dimittendi"), se explicaría por la equivalencia "consilium capit": "constituit", "decernit".

<sup>33</sup> *quisque...adeat...cogant*. El segundo verbo está en plural por la idea de pluralidad contenida en "quisque eorum", colocado en otra proposición. Gr. 165, obs. 2.

ut suae<sup>34</sup> salutis rationem habeant neu<sup>35</sup> se, optime de comuni libertate meritum, hostibus in cruciatum dedant. Quod si indiligentiores fuerint, milia hominum delecta octoginta una secum interitura, demonstrat. Ratione inita,<sup>36</sup> se exigue dierum triginta habere frumentum, sed paulo etiam longius tolerari posse parcendo. His datis mandatis, qua opus erat intermissum,<sup>37</sup> secunda vigilia silentio equitatum mittit. Frumentum omne ad se referri iubet; capitis poenam iis, qui non paruerint, constituit; pecus, cuius magna erat copia a Mandubiis compulsa, viritum distribuit; frumentum parce et paulatim metiri instituit; copias omnes, quas pro oppido collocaverat, in oppidum recepit. His rationibus<sup>38</sup> auxilia Galliae exspectare et bellum parat administrare.

*Después de nuevos incidentes (LXXII-LXXX), asaltan los Galli, el campamento Romano (LXXXI), pero son rechazados (LXXXII). Al intentar nueva salida, empuñase duro combate (LXXXIII-LXXXV).*

LXXXIII. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt; locorum peritos adhibent; ex his superiorum castrorum situs munitionesque cognoscunt. Erat a septentrionibus collis,<sup>39</sup> quem propter magnitudinem circuitus opere circumplecti non potuerant nostri: necessario<sup>40</sup> paene iniquo loco et leniter declivi<sup>41</sup> castra fecerant. Haec C. Antistius Reginus et

<sup>34</sup> *suae*: "Vercingetorigis".

<sup>35</sup> *neu*: "et ne".

<sup>36</sup> *ratione inita*: «echada la cuenta».

<sup>37</sup> *qua opus erat intermissum*: «por la parte en que la obra (la trinchera Romana) no estaba terminada».

<sup>38</sup> *his rationibus*: «con estas prevenciones».

<sup>39</sup> *collis*. El monte Rea.

<sup>40</sup> *necessario*: "necessitate coacti".

<sup>41</sup> *leniter declivi*. Explicación de "iniquo loco". El lugar era desfavorable por ser un tanto pendiente.

C. Caninius Rebilus legati cum duabus legionibus obtinebant. Cognitis per exploratores regionibus, duces hostium LX milia ex omni numero deligunt earum civitatum, quae maximam virtutis opinionem habebant; quid quoque pacto<sup>42</sup> agi placeat,<sup>43</sup> occulte inter se constituunt; adeundi tempus definiunt, cum meridies esse videatur. His copiis Vercassivellaunum Arvernum, unum ex quattuor ducibus, propinquum Vercingetorigis, praeficiunt. Ille ex castris prima vigilia egressus prope confecto sub lucem itinere,<sup>44</sup> post montem se occultavit militesque ex nocturno labore sese reficere iussit. Cum iam meridies appropinquare videretur, ad ea castra, quae supra demonstravimus, contendit; eodemque tempore equitatus ad campestris munitiones accedere et reliqua copiae pro castris sese ostendere coeperunt.

LXXXIV. Vercingetorix, ex arce Alesiae suos conspicatus,<sup>45</sup> ex oppido egreditur; crates,<sup>46</sup> longurios,<sup>47</sup> musculos,<sup>48</sup> falces reliquaque, quae eruptionis causa paraverat, profert. Pugnatur uno tempore omnibus locis, atque omnia temptantur; quae minime visa pars firma est, huc concurritur.<sup>49</sup> Romanorum manus tantis munitionibus distinetur nec facile pluribus locis occurrit. Multum ad terrendos nostros valet clamor, qui post tergum pugnantibus<sup>50</sup> existit, quod suum periculum in aliena vident virtute constare: omnia enim plerumque, quae absunt<sup>51</sup>, vehementius hominum mentes perturbant.

<sup>42</sup> *quoque pacto*: "et quo pacto".

<sup>43</sup> *quid...placeat*: «qué cosa debía hacerse y de qué modo».

<sup>44</sup> *prope confecto sub lucem itinere*: «terminada casi la marcha cerca del amanecer».

<sup>45</sup> *conspicatus*: «avistando». Gr. 476 a.

<sup>46</sup> *crates*: «zarzos».

<sup>47</sup> *longurios*: «pértigas».

<sup>48</sup> *musculos*: «galerías cubiertas».

<sup>49</sup> *quae pars...huc concurritur*: "concurritur in eam partem, quae". Gr. 199 a.

<sup>50</sup> *pugnantibus*. Dativo.

<sup>51</sup> *quae absunt*: «que no se ven» (por estar lejos).

LXXXV. Caesar, idoneum locum nactus, quid quaque ex parte geratur, cognoscit; laborantibus submittit.<sup>52</sup> Utrisque ad animum occurrit<sup>53</sup> unum esse illud tempus, quo maxime contendendi conveniat: Galli, nisi perfregerint munitiones, de omni salute desperant; Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant. Maxime ad superiores munitiones laboratur, quo Vercassivellaunum missum demonstravimus. Iniquum loci ad declivitatem fastigium<sup>54</sup> magnum habet momentum. Alii tela coniciunt, alii, testudine facta,<sup>55</sup> subeunt; defatigatis invicem integri succedunt. Agger<sup>56</sup> ab universis in munitionem coniectus et ascensum dat Gallis et ea, quae in terra occultaverant Romani, contēgit; nec iam arma nostris nec vires suppetunt.<sup>57</sup>

*Acude Labieno en ayuda de los que peligraban (LXXXVI-LXXXVII). César, después de tomar otras medidas, interviene en la lucha, derrota plenamente al enemigo y fuerza a Vecingetóriges a rendirse (LXXXVIII-LXXXIX).*

LXXXVIII. Eius<sup>58</sup> adventu ex colore vestitus<sup>59</sup> cognito, quo insigni<sup>60</sup> in proeliis uti consuerat, turmisque equitum et cohortibus visis, quas se sequi iusserat, ut<sup>61</sup> de locis superiori-

<sup>52</sup> *submittit*: "subsidiū mittit." Gr. 411.

<sup>53</sup> *ad animum occurrit*. Expresión excepcional. Lo corriente es "animo (menti, cogitationi) occurrit".

<sup>54</sup> *iniquum...fastigium*: «la desfavorable inclinación del terreno, en forma de pendiente».

<sup>55</sup> *testudine facta*. Vid. nota 15 de la pág. 82.

<sup>56</sup> *agger*, vid. nota 16 de la pág. 100.

<sup>57</sup> *nec...suppetunt*: "et...deficiunt": «armas y fuerzas faltan ya a los nuestros».

<sup>58</sup> *eius*: "Caesaris".

<sup>59</sup> *vestitus*. El "paludamentum", sobreveste purpúrea, propia del general en jefe.

<sup>60</sup> *insigni*. Adjetivo sustantivado; "quo insigni... uti". Gr. 441 b.

<sup>61</sup> *ut*: «toda vez que»

bus haec declivia et devexa cernebantur,<sup>62</sup> hostes proelium committunt. Utrumque clamore sublato, excipit<sup>63</sup> rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. Nostri, omissis pilis, gladiis rem gerunt.<sup>64</sup> Repente post tergum equitatus cernitur: cohortes aliae appropinquant. Hostes terga vertunt; fugientibus equites occurrunt. Fit magna caedes. Sedullus, dux et princeps Lemovicum, occiditur; Vercassivellaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur; signa militaria LXXIII ad Caesarem referuntur; pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati<sup>65</sup> ex oppido caedem et fugam suorum, desperata salute,<sup>66</sup> copias a munitionibus reducunt. Fit protinus, hac re audita, ex castris Gallorum<sup>67</sup> fuga. Quod nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent.<sup>68</sup> De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur; magnus numerus capitur atque interficitur; reliqui ex fuga in civitates discedunt.

LXXXIX. Postero die Vercingetorix, concilio convocato, id bellum se suscepisse non suarum necessitatum,<sup>69</sup> sed communis libertatis causa demonstrat, et quoniam sit fortunae cedendum, ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere seu vivum tradere velint. Mittuntur de his rebus ad Caesarem legati. Iubet arma tradi, principes produci. Ipse in munitione pro castris consedit; eo duces producuntur. Vercingetorix deditur, arma proiciuntur. Reservatis Haeduis atque

<sup>62</sup> *cernebantur* ("ab hostibus"). El enemigo, situado en las alturas, veía lo que pasaba en laderas ("declivia") y hondonadas ("devexa").

<sup>63</sup> *excipit*: «contesta».

<sup>64</sup> *rem gerunt*: "dimicant".

<sup>65</sup> *conspicati*. Los soldados de Vercingétorige.

<sup>66</sup> *desperata salute*: «perdida toda esperanza de salvación».

<sup>67</sup> *Gallorum*. De los Galos, que habían venido en socorro de Alesia.

<sup>68</sup> *nisi...essent defessi...potuissent*. Gr. 534 C.

<sup>69</sup> *non suarum necessitatum...causa*: «no por su propio interés».

Arvernīs, si per eos civitates recuperare posset,<sup>70</sup> ex reliquis captivis toto<sup>71</sup> exercitui<sup>72</sup> capita singula praedae nomine<sup>73</sup> distribuit.

*Termina el libro VII con la vuelta del ejército Romano a sus cuarteles de invierno (XC).*

## SECCION CUARTA

<sup>70</sup> si...posset. Gr. 535.

<sup>71</sup> toto. Forma popular de dativo, por "toti".

<sup>72</sup> toto exercitui: "singulis militibus". Gr. 392.

<sup>73</sup> praedae nomine: «a título de botín».

## MARCO TULLIO CICERÓN

### SECCION CUARTA

## MARCO TULLIO CICERÓN

Marco Tulio Cicerón, perteneciente a una familia del orden ecuestre, nació en Arpino el año 106 a. J. C. Su padre, hombre de letras, preocupóse de darle una educación esmerada. El futuro orador fué discípulo de L. Licinio Craso, del jurisconsulto M. Escévola, del retórico Molón, etc. En el año 81 pronunció su primer discurso forense, el *Pro Quinctio*, y al siguiente, otro en defensa de Sexto Roscio Amerino, acusado de parricidio por Crisógono, favorito del todopoderoso Sila. Fallecido éste en 78, regresó Cicerón a Roma, de donde se había ausentado un año antes, deseoso de perfeccionarse, en Grecia y Asia, en la filosofía y en la retórica. En 76 fué elegido cuestor, cargo que desempeñó en Lilibea con tanta justicia y honradez, que se granjeó el afecto de los sicilianos, quienes, cinco años más tarde, le confiaron la misión de acusar al tristemente famoso Verres, defendido por Hortensio. En el desarrollo de este proceso dió pruebas Cicerón de la mayor energía y actividad. Después de haber, mediante su *Divinatio in Caecilium*, desbaratado la maniobra con que el partido aristocrático trataba de salvar a Verres, dándole como acusador a su amigo Q. Cecilio Niger, marchó Cicerón a Sicilia, recogió de boca del pueblo pruebas evidentes de la indefendible conducta del antiguo pretor y pronunció, en agosto del año 70, su *Actio prima in Verrem*. Los dis-

cursos restantes, que en número de cinco constituyen la *Actio secunda*, y entre los que sobresalen el *De signis* (=acerca de las estatuas) y el *De suppliciis*, no llegaron a pronunciarse, pues Verres, a raíz de la *Actio prima*, se expatrió voluntariamente.

Cicerón, nombrado pretor en el año 66, se puso al lado del partido senatorial y contribuyó con su influencia a que Pompeyo fuese encargado de dirigir la guerra contra Mitrídates. Elegido cónsul en 63, descubrió e hizo fracasar la conjuración de Catilina, y mientras unos lo honraban con el sobrenombre de "padre de la patria", concitábanle otros, especialmente Clodio, desde entonces su enemigo encarnizado, una campaña de odios y violencias que lo forzó, en 58, a marchar al destierro. Ya de regreso, pareció renunciar a las luchas políticas, sin abandonar sus actividades forenses. A este momento de su vida pertenece el *De Republica*, primero en fecha de sus tratados filosóficos. La muerte de Clodio, a manos de los partidarios de Milón, lo arrastró otra vez al ambiente de pasión y de lucha. La hostilidad entre César y Pompeyo iba acentuándose por momentos y, declarada la guerra civil, decidióse Cicerón por el segundo, después de grandes vacilaciones, reflejadas en su correspondencia de aquellos días. Vencido Pompeyo en Farsalia (48), buscó otra vez en el estudio consuelo a sus tribulaciones familiares y políticas: la mayor parte de sus tratados filosóficos y acerca del arte oratorio son de esta época. Asesinado el dictador (44) ante quien, perdonado, abogó elocuentemente por algunos pompeyanos como Marcelo y Ligario, y dispuesto a defender la República contra la ambición de M. Antonio, pronunció en el Senado la "Primera Filípica" y compuso con el mismo fin trece discursos más. Pero la alianza de Lépido, jefe de la caballería cesariana, con Antonio, la violenta exaltación al consulado de Octavio, heredero de César, y la formación del segundo triunvirato, entregaron indefenso al gran orador en manos de los si-

carios de Antonio, que le dieron alevosa muerte el 7 de diciembre del año 43.

\*  
\*   \*  
\*

“En el sentido estricto de la palabra, los únicos prosistas verdaderamente clásicos, los únicos que ofrecen la prosa latina en su forma más pura, serían Cicerón, por una parte, y César, por otra; pero si se quiere entender la expresión período clásico en sentido lato, podría incluirse en él a Salustio y Tito Livio, así como a Cornelio Nepote. Sólo hay que observar que la latinidad de los tres últimos autores citados es menos pura que la de Cicerón y César, por haberse mostrado menos severos en la elección de las construcciones que la lengua de su tiempo les ofrecía”.<sup>1</sup>

Sobre el estilo de los Discursos, véase L. Laurand, *Etudes sur le style des discours de Cicéron*, 2e. édit., Paris, 1925-1927. Consulte, asimismo, el capítulo VIII (*L'hellénisation de la culture romaine*) del libro de A. Meillet, *Esquisse d'une histoire de la langue latine*, Paris, 1938, págs. 191-226. Acerca de las cláusulas del ritmo oratorio en Cicerón, pueden verse, entre otros trabajos: M. Lechantin de Gubernatis, *Manuale di prosodia e metrica latina*, Messina-Milano, s. a., págs., 109-111, y *Ciceros Rede über das Imperium des Cn. Pompeius... erklärt* von Friedrich Richter und Alfred Eberhard, Sechste Auflage, bearbeitet von A. Kurfess. Leipzig-Berlin, 1919, págs. 40-41.

La versión castellana de las Obras de Cicerón se halla contenida en diecisiete volúmenes de la *Biblioteca Clásica* (Ma-

<sup>1</sup> O. Riemann, *Syntaxe latine d'après les principes de la grammaire historique*. Septième édition revue par A. Ernout. Paris, 1935, págs. 4-5.

drid, 1913-1922). Sólo se omitió el tratado titulado *Academicae Quaestiones*, traducido por nosotros para la *Colección Universal* de Calpe (Madrid-Barcelona, 1919, núms. 36-37). Menéndez y Pelayo, en el Prólogo al tomo I de la *Biblioteca* antes citada, prometió insertar al frente de alguno de sus volúmenes la bibliografía de los traductores ciceronianos, pero no llevó a cabo su propósito, ni nos ha sido posible utilizar ahora su magnífica *Bibliografía hispano-latino-clásica* que, en pliegos separados, publicó parcialmente en la *Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos* (Madrid). Las noticias a este respecto consignadas por Pellicer y Saforcada, en su ya citada *Biblioteca de traductores españoles*, son insuficientes.

Destaca entre los traductores de Cicerón, Pedro Simón Abril, natural de Alcaraz, autor de la versión de los dieciséis libros de las *Epistulae ad Familiares*, obra que tuvo varias ediciones (Barcelona, 1592 y 1615; Pamplona y Valencia, 1678; Valencia, 1780 y 1797, etc.) Del mismo humanista conviene recordar otras dos obras en relación con el mismo asunto: *M. Tullii Ciceronis Epistolarum selectarum libri tres: cum interpretationibus et scholiis hispana lingua scriptis, quibus aditus facillimus aperitur ad non magno labore litteras latinas perdiscendas*, Petro Simone Aprileo Laminitano interprete et auctore. Tudelae, per Thomam Porralis, 1572, 8º, etc. *Los dos libros de las Epístolas selectas de Marco Tulio Cicerón: En que se pone el uso de Cartas narratorias y de favor, llamadas Comendaticias, puestas con traducción y declaración en lengua castellana*, hechas por el maestro Pedro Simón Abril, profesor de Letras Humanas y Filosofía, natural de Alcaraz y catedrático en la insigne Universidad de Zaragoza. (Las ediciones de esta obra son varias: puede consultarse la de Madrid, 1790, por Benito Cano).

Recordemos, asimismo, que en la versión castellana de Salustio, trabajada por el caballero Manuel Sueyro (cuya terce-

ra edición vió la luz en Madrid, en la imprenta Real, año de 1796), "van añadidas las quatro elegantísimas y gravísimas oraciones que pronunció Cicerón contra Catilina, traducidas igualmente a nuestro idioma por el célebre segoviano Andrés Laguna, médico del Sumo Pontífice Julio III".

Citemos, finalmente, el precioso comentario que acompaña a la edición de los diálogos *De Senectute* y *De Amicitia*, por el P. Llobera, S. J. (Madrid, Razón y Fe, 1926) y la exacta versión de ambas obras publicada por el catedrático de Psicología y Estética de la Universidad de Barcelona don Pedro Font Puig (Barcelona, s. a.)

## TRATADOS FILOSOFICOS.

### FRAGMENTOS

Según dejamos indicado en la precedente nota biográfica, la mayoría de los tratados filosóficos de Cicerón fué compuesta en los años 45 y 44, o sea entre el fallecimiento, tan hondamente sentido, de su hija Tulia, y las primeras Filípicas. En muchos de ellos emplea el autor la forma dialogada, y raro es aquél en que no incluya, para rehuir la sequedad de las discusiones abstractas, algunas anécdotas, en las cuales brilla preferentemente su talento de gran escritor.

Cicerón, discípulo de los filósofos griegos, no fué creador, ni aspiró a serlo, de un sistema original. Sus preferencias en lógica se inclinan hacia la nueva Academia; su ideal político se aproxima a la doctrina platónica y sus ideas morales coinciden fundamentalmente con el estoicismo.

## DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

*Esta obra, escrita en el año 45, consta de cinco libros, en los cuales analiza Cicerón las definiciones que las principales escuelas filosóficas habían dado del "sumo bien" y del "sumo mal". En el primer libro se expone por parte de L. Torcuato, venido con C. Triario a visitar en Cumas a Cicerón, la doctrina de Epicuro, y en el segundo se explana la refutación por el orador Romano del citado sistema filosófico. Los libros tercero y cuarto se consagran al examen de la filosofía estoica, representada por Catón, y de la peripatética a cargo de Cicerón. En el quinto es Marco Pisón quien explica a sus interlocutores, Marco Tulio, Quinto, Lucio Cicerón y Tito Pomponio Atico, la totalidad de la doctrina peripatética y de los antiguos académicos acerca del sumo bien.*

*El pasaje que del "De finibus" hemos elegido es el § 20 del libro II. Cicerón, como argumento contra el epicureismo, pone aquí frente a frente dos conductas: la de L. Torio Balbo y la de M. Atilio Régulo.*

II, 20.—L. Thorius Balbus fuit, Lanuvinus,<sup>1</sup> quem meminisse<sup>2</sup> tu non potes. Is ita vivebat, ut nulla tam exquisita posset

<sup>1</sup> *Lanuvinus*: "de Lanuvium", antigua ciudad del Lacio, a unos veinte kilómetros al S. E. de Roma, cerca de la vía Appia.

<sup>2</sup> *quem meminisse*. Gr. 430, 2 b γ

inveniri voluptas, qua<sup>3</sup> non abundaret. Erat et cupidus voluptatum et cuiusvis generis eius intelligens et copiosus; ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana contemneret; ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob rem publicam interfectus. Cupiditates non Epicuri divisione finiebat, sed sua satietate. Habebat tamen rationem<sup>4</sup> valetudinis: utebatur iis exercitationibus,<sup>5</sup> ut ad cenam et sitiens et esuriens veniret; eo cibo, qui et suavissimus esset et idem<sup>6</sup> facillimus ad concoquendum; vino<sup>7</sup> et ad voluptatem et ne noceret. Cetera illa adhibebat, quibus demptis,<sup>8</sup> negat se Epicurus intelligere quid sit bonum. Aberat omnis dolor, qui si adesset, nec molliter ferret et tamen medicis plus quam philosophis uteretur. Color egregius, integra valetudo, summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate.

Hunc vos<sup>9</sup> beatum; <sup>10</sup> ratio quidem vestra <sup>11</sup> sic cogit. At ego quem huic anteponam, non audeo dicere; dicet pro me ipsa virtus, nec dubitabit isti<sup>12</sup> vestro beato M. Regulum antepone- re,<sup>13</sup> quem quidem, cum sua voluntate, nulla vi coactus praeter fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset, tum ipsum, cum<sup>14</sup> vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beat- iorem fuisse quam potantem in rosa<sup>15</sup> Thorium. Bella magna gesserat, bis consul fuerat, triumpharat; nec tamen sua illa superiora tam magna neque tam praeclara ducebat, quam illum

<sup>3</sup> qua...abundaret. Gr. 441 a.

<sup>4</sup> habebat...rationem: «se preocupaba de», «no descuidaba».

<sup>5</sup> utebatur...exercitationibus. Gr. 441 b.

<sup>6</sup> idem. Gr. 195.

<sup>7</sup> eo cibo...vino ("utebatur").

<sup>8</sup> quibus demptis. Gr. 454 d.

<sup>9</sup> vos. Se refiere a los epicúreos.

<sup>10</sup> beatum ("existimatis"). Gr. 419.

<sup>11</sup> ratio...vestra: «vuestra doctrina».

<sup>12</sup> isti. Gr. 187.

<sup>13</sup> dubitabit...antepondere, Gr. 523 c.

<sup>14</sup> tum ipsum, cum: «en el momento mismo en que».

<sup>15</sup> in rosa: «coronado de rosas».

ultimum casum, quem propter fidem constantiamque suscepit; qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetenti erat voluptarius. Non enim hilaritate nec lascivia nec risu aut ioco, comite<sup>16</sup> levitatis, sed saepe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati.

<sup>16</sup> *comite*. Aposición a "ioco". Gr. 167.

## TUSCULANAE DISPUTATIONES

*Las "Tusculanas", comenzadas en el año 45 y terminadas, lo más tarde, a principios del 44, se reparten en cinco libros cuyo contenido es el siguiente: I. Del desprecio de la muerte. II. Sobre el modo de tolerar el dolor. III. De los medios para dulcificarlo. IV. De las restantes perturbaciones del alma. V. Que la virtud se basta a sí misma para el logro de una vida feliz.*

*Al último libro pertenecen los § 20-23 que reproducimos a continuación. Cicerón adopta y defiende en ellos la tesis estoica de que la virtud es la fuente única de la dicha. Los ejemplos de Dionisio el tirano y Damocles son buena prueba de que ni el poder absoluto ni el lujo y las riquezas engendran la felicidad.*

V. 20.—Duodequadráginta annos<sup>1</sup> tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius,<sup>2</sup> cum quinque et viginti natus annos dominatum occupavisset. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam servitute oppressam tenuit civitatem! Atqui de hoc homine a bonis auctoribus sic<sup>3</sup> scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam, in rebusque gerendis<sup>4</sup> virum

<sup>1</sup> *duodequadráginta annos.* Gr. 118 b, 1.

<sup>2</sup> *Dionysius.* Bajo la dominación del tirano Dionisio, que ocupó el poder desde el año 430 hasta el 368 a. J. C., alcanzó Siracusa su mayor grado de esplendor.

<sup>3</sup> *sic.* Anuncia el infinitivo "fuisse". Gr. 524 a.

<sup>4</sup> *in rebusque gerendis:* «en los negocios».

acrem et industrium eundem<sup>5</sup> tamen maleficum natura et iniustum. Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus videri necesse est miserrimum. Ea enim ipsa, quae concupierat, ne tum quidem cum omnia se posse censebat, consequebatur.

Qui cum esset bonis parentibus atque honesto loco natus (etsi id quidem alius alio modo<sup>6</sup> tradidit) abundaretque et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, credebatur eorum nemini,<sup>7</sup> sed iis, quos ex familiis locupletium servos delegerat, quibus nomen servitutis ipse detraxerat,<sup>8</sup> et quibusdam convenis et feris barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerem quodam modo ipse se incluserat. Quin etiam, ne tonsori cillum committeret,<sup>9</sup> tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines, ut tonstriculae, tondebant barbam et capillum patris. Et tamen ab his ipsis, cum iam essent adultae, ferrum removit instituitque ut<sup>10</sup> candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Cumque duas uxores haberet, Aristomachen, civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante; et cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset<sup>11</sup> eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum,<sup>12</sup> cum<sup>13</sup> forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque cum in communibus suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat. Atque is cum pila

<sup>5</sup> *eundem*. Gr. 195.

<sup>6</sup> *alius alio modo*: «unos de un modo y otros de otro». Gr. 228.

<sup>7</sup> *credebat* (Gr. 431 *b*) *eorum nemini*: «no se fiaba de ninguno de ellos».

<sup>8</sup> *quibus* (Gr. 432 *e*) *nomen servitutis...detraxerat*: «a quienes había manumitido».

<sup>9</sup> *ne tonsori* (Gr. 431 *c*)...*committeret*. Gr. 529.

<sup>10</sup> *instituitque ut*. Gr. 515.

<sup>11</sup> *lecto circumdedisset*. Gr. 431 *a*.

<sup>12</sup> *eum ipsum* ("ponticulum").

<sup>13</sup> *cum*. Gr. 526 *b*.

ludere vellet (studiose enim id factibat) tunicamque poneret,<sup>14</sup> adulescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur.<sup>15</sup> Hic cum quidam familiaris<sup>16</sup> iocans dixisset: "Huic quidem certe vitam tuam committis", arrisissetque adulescens, utrumque iussit interfici, alterum, quia viam demonstravisset interimendi sui,<sup>17</sup> alterum, quia dictum id risu approbavisset. Atque eo facto sic doluit, nihil ut tulerit gravius in vita: quem enim vehementer amat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. Cum huic obsecutus sis,<sup>18</sup> illi est repugnandum.

V, 21.—Quamquam<sup>19</sup> hic<sup>20</sup> quidem tyrannus ipse iudicavit quam esset beatus. Nam cum quidam ex eius assentatoribus, Damocles, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum, negaretque umquam beatiorem quemquam fuisse<sup>21</sup>: "Visne igitur", inquit, "o Damocle, quoniam te haec vita delectat, ipse eam degustare et fortunam experiri meam?" Cum se ille cupere dixisset, collocari iussit<sup>22</sup> hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque complures ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma<sup>23</sup> pueros delectos iussit<sup>24</sup> consistere eosque, nutum illius<sup>25</sup> intuentes, diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronae; incendebantur odores; mensae exquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles vide-

<sup>14</sup> *poneret*: "deponeret".

<sup>15</sup> *tradidisse... dicitur*. Gr. 497 c.

<sup>16</sup> *quidam familiaris*: «uno de sus familiares».

<sup>17</sup> *interimendi sui*. Gr. 154 c.

<sup>18</sup> *obsecutus sis*. Gr. 127 d.

<sup>19</sup> *quamquam*. Gr. 537 b.

<sup>20</sup> *hic*. Con la anecdota que sigue.

<sup>21</sup> *negaretque... fuisse*: «diciendo que nadie había sido nunca más feliz».

<sup>22</sup> *iussit*. Suj. "Dionysius".

<sup>23</sup> *eximia forma*. Abl. de cualidad. Gr. 449.

<sup>24</sup> *iussit*. Suj. "Dionysius".

<sup>25</sup> *illius* ("Damoclis").

batur. In hoc medio<sup>26</sup> apparatu fulgentem gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat<sup>27</sup> in mensam; iam ipsae defluebant coronae; denique exoravit tyrannum ut abire liceret, quod iam beatus nollet<sup>28</sup> esse. Satisne videtur declarasse Dionysius nihil esse ei beatum, cui semper aliqui terror impendeat?<sup>29</sup> Atque ei ne integrum quidem erat ut<sup>30</sup> ad iustitiam remigraret, civibus libertatem et iura redderet; iis<sup>31</sup> enim se adulescens improvida aetate irretierat erratis, eaque<sup>32</sup> commiserat, ut salvus esse non posset, si sanus esse coepisset.<sup>33</sup>

V, 22.—Quantopere vere amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit in<sup>34</sup> Pythagoriis duobus illis,<sup>35</sup> quorum cum alterum vadem mortis accepisset,<sup>36</sup> alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatum: “Utinam ego”, inquit, “tertius vobis amicus ascriberer!” Quam huic erat miserum carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari, homini praesertim docto<sup>37</sup> a puero et artibus ingenuis erudito! Musicorum vero perstudiosum, poetam<sup>38</sup> etiam tragicum (quam bonum,<sup>39</sup> nihil ad

<sup>26</sup> medio. Gr. 343.

<sup>27</sup> aspiciebat...porrigebat. Suj. “Damocles”.

<sup>28</sup> quod...nollet. Gr. 527.

<sup>29</sup> ei...cui (Gr. 200)...impendeat. Gr. 431 c.

<sup>30</sup> ei ne integrum quidem erat ut...remigraret; «ni siquiera le era dando...volver».

<sup>31</sup> iis: (“talibus”).

<sup>32</sup> eaque: (“taliaque”).

<sup>33</sup> non posset...coepisset. Gr. 534 C, obs. a.

<sup>34</sup> in: «en el caso de».

<sup>35</sup> Pythagoriis duobus illis (Gr. 190). Damón y Pitias.

<sup>36</sup> accepisset. Suj. “Dionysius”.

<sup>37</sup> homini...docto. Aposición a “huic” (“Dionysio”).

<sup>38</sup> perstudiosum, poetam. Estos complementos directos no dependen de ningún verbo, por haber quedado la frase interrumpida a causa del paréntesis.

<sup>39</sup> quam bonum (“fuisse”).

rem; <sup>40</sup> in hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulchrum est; adhuc neminem cognovi poetam, et mihi fuit cum Aquinio <sup>41</sup> amicitia, qui sibi non optimus videretur; sic se res habet: te tua, me delectant mea)—sed ut ad Dionysium redeamus, omni cultu et victu humano carebat; vivebat cum fugitivis, cum facinorosis, cum barbaris; neminem, qui aut libertate dignus esset aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur.

V, 23.—Non ego iam cum huius vita, qua taetrius, miserius, detestabilius excogitare nihil possum, Platonis aut Archytae <sup>42</sup> vitam comparabo, doctorum hominum et plane sapientium; ex eadem urbe <sup>43</sup> humilem homunculum a pulvere et radio excitabo,<sup>44</sup> qui multis annis post fuit, Archimedes. Cuius ego quaestor ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent,<sup>45</sup> saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum. Tenebam <sup>46</sup> enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulcro <sup>47</sup> sphaeram esse positam cum cylindro. Ego autem cum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Acragantinas magna frequentia sepulcrorum), animum adverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis (erant autem principes <sup>48</sup> mecum) dixi me illud ipsum arbitrari esse quod

<sup>40</sup> *nihil ad rem* ("interest"): «no hace el caso».

<sup>41</sup> *Aquinio*. Nombre de un poetaastro.

<sup>42</sup> *Archytae*. Arquitas de Tarento, famoso secuaz de Pitágoras y amigo de Platón.

<sup>43</sup> *urbe*. Siracusa.

<sup>44</sup> *a pulvere et radio excitabo*: «lo haré resurgir, evocándolo de entre el polvo (sobre el cual trazaban sus figuras los geómetras) y el compás o varilla» (que servía para dicho trazado).

<sup>45</sup> *negarent*. Suj. "Syracusani".

<sup>46</sup> *tenebam* ("memoria").

<sup>47</sup> *in summo sepulcro*. Gr. 343.

<sup>48</sup> *principes*: «los principales».

quaererem. Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum. Quo cum patefactus esset aditus, ad adversam basim <sup>49</sup> accessimus; apparebat epigramma exesis <sup>50</sup> posterioribus partibus versicolorum, dimidiatis fere. Ita nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homini Arpinate didicisset. Sed redeat unde aberravit oratio. Quis est omnium, qui modo cum Musis, id est, cum humanitate et cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit <sup>51</sup> quam illum tyrannum?...

<sup>49</sup> *ad adversam basim*: «la parte delantera del pedestal».

<sup>50</sup> *exesis*. De exēdo.

<sup>51</sup> *malit* ("esse").

## DE SENECTUTE

Suele ser cosa corriente pensar que la vejez aparta a las personas del manejo de los negocios, debilita sus fuerzas físicas, les impide el disfrute de los deleites de la vida y es como anuncio de una muerte cercana. Para refutar tales preocupaciones vulgares y probar que la vejez no nos arrebatara el vigor intelectual, ni el goce de los placeres del campo, ni el de los trabajos intelectuales, ni el del trato de los amigos; para demostrar que la muerte no es de temer, porque el alma es imperecedera, escribió Cicerón este admirable diálogo en el que Catón el Mayor explica a sus interlocutores Escipión Emiliano, el segundo Africano, y Lelio por qué soportaba tan serenamente la senectud y cuáles son, contra la errada opinión común, las ventajas de la vejez.

En el primero de los pasajes a continuación reproducidos (IV) hace Catón el elogio de Quinto Fabio Máximo, exalta en el segundo (XV) los encantos de la vida rústica, habla en el tercero (XVIII) del respeto debido a la ancianidad y reproduce en el cuarto (XXII-XXIII) el discurso pronunciado por Ciro poco antes de morir.

IV.—Ego<sup>1</sup> Q. Maximum,<sup>2</sup> eum qui Tarentum recepit,<sup>3</sup> senem adulescens ita dilexi ut aequalem: erat enim in illo viro comi-

<sup>1</sup> ego. Catón el Mayor o el Censor ("Censorius") (243-159 a. J. C.), que, según se indicó, es el interlocutor principal del diálogo. Por esta razón llámase también a este opúsculo "Cato Maior".

<sup>2</sup> Quintum Maximum. El famoso Quinto Fabio Máximo.

<sup>3</sup> Tarentum recepit. Tarento había sido tomado por Aníbal en 212.

tate condita gravitas, nec senectus mores mutaverat; quamquam eum colere coepi non admodum grandem natu,<sup>4</sup> sed tamen iam aetate provectum: anno<sup>5</sup> enim post consul primum fuerat quam ego natus sum, cumque eo quartum<sup>6</sup> consule adulescentulus miles<sup>7</sup> ad<sup>8</sup> Capuam profectus sum, quintoque anno post ad Tarentum; quaestor deinde quadriennio post<sup>9</sup> factus sum, quem magistratum gessi consulibus Tuditano et Cethego, cum quidem ille admodum senex suasor legis Cinciae<sup>10</sup> “de donis et muneribus” fuit. Hic et bella gerebat ut adulescens, cum plane grandis esset, et Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua mollebat; de quo praeclare familiaris noster Ennius: <sup>11</sup>

Unus homo nobis cunctando<sup>12</sup> restituit rem;

Noenum<sup>13</sup> rumores ponebāt ante salutem;

Ergo postque magisque viri nunc<sup>14</sup> gloria claret.

Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit! Cum quidem, me audiente, Salinatori, qui, amisso oppido, fugerat in

<sup>4</sup> natu. Gr. 325.

<sup>5</sup> anno. Se trata del 233 a. J. C., pues Catón nació en 234. Q. Fabio fué cónsul por cuarta vez en 214.

<sup>6</sup> quartum: «por cuarta vez».

<sup>7</sup> adulescentulus miles. Catón tenía entonces veinte años. “Miles”: «como simple soldado».

<sup>8</sup> ad. Gr. 118 c. Los ejércitos de Fabio y Marcelo cercaban a Capua, tomada por Aníbal.

<sup>9</sup> quadriennio post. En el año 204.

<sup>10</sup> legis Cinciae. Propuesta por el tribuno M. Cincio Alimento (“auctor”) en 205 y apoyada por Q. Fabio (“suasor”), prohibía recibir dones o recompensas por la defensa de una causa.

<sup>11</sup> Ennius noster. Catón fué, en efecto, protector del poeta Enio (239-169). Los versos citados en el texto pertenecen al libro IX de los “Anales”, poema en hexámetros dactílicos (Gr. 575), conservado fragmentariamente y que abarcaba la historia de Roma desde sus orígenes fabulosos hasta los tiempos de su autor. Obsérvese la cantidad larga de la última sílaba de “ponebat” en el segundo verso:

Noēnūm rūmōrēs pōnēbāt āntē sālūtem

<sup>12</sup> cunctando: «dando largas», «contemporizando».

<sup>13</sup> noenum. Arcaico: “non”.

<sup>14</sup> postque magisque...nunc: «después y más ahora».

arcem,<sup>15</sup> gloriante atque ita dicenti: “Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti”. “Certe”, inquit ridens, “nam, nisi tu amisses, numquam recepissem”. Nec vero in armis praestantior quam in toga; qui consul iterum,<sup>16</sup> Sp. Carvilio collega quiescente, C. Flaminio,<sup>17</sup> tribuno plebis, quoad potuit, restitit, agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividendi,<sup>18</sup> augurque cum esset, dicere ausus est optimis auspiciis ea geri, quae pro rei publicae salute gererentur; quae contra rem publicam ferrentur, contra auspicia ferri.

Multa in eo viro praeclara cognovi, sed nihil admirabilius quam quo modo ille mortem filii tulit, clari viri et consularis. Est in manibus<sup>19</sup> laudatio,<sup>20</sup> quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus? Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus domique praestantior. Qui sermo, quae praecepta, quanta notitia antiquitatis, scientia iuris augurii!...

*di* XV.—Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector; quae nec ulla impediuntur senectute, et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. Habent<sup>21</sup> enim rationem cum terra, quae numquam recusat imperium nec un-

<sup>15</sup> *qui...arcem*: «que, perdida la plaza, habíase refugiado en la ciudadela». Según Livio (XXVII, 34) el gobernador de Tarento se llamaba M. Livio Macato.

<sup>16</sup> *iterum*: «por segunda vez».

<sup>17</sup> *C. Flaminio*. C. Flaminio Nepote, vencedor de los Cisalpinos y vencido y muerto, siendo cónsul, en Trasimeno (217). Elegido tribuno en el año 232 logró la aprobación de una ley agraria (*lex Flaminia*) que autorizaba el reparto entre los no poseedores de los territorios recién conquistados al sur de la desembocadura del Po.

<sup>18</sup> *dividenti*: «que proponía dividir».

<sup>19</sup> *est in manibus*: «anda en manos de todos».

<sup>20</sup> *laudatio*: «elogio fúnebre». Quinto Fabio, según Plutarco, pronunció en el foro el de su hijo y lo publicó más tarde. Cicerón en un pasaje del “Brutus” se duele de las falsedades (“falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa”) que el interés familiar deslizaba en tales panegíricos.

<sup>21</sup> *habent* (agricolae).

quam sine usura reddit quod accepit, sed alias<sup>22</sup> minore, plerumque maiore cum faenore. Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terrae vis ac natura<sup>23</sup> delectat. Quae cum gremio mollito ac subacto<sup>24</sup> sparsum semen exceptit, primum id occaecatum cohibet<sup>25</sup> (ex quo occatio,<sup>26</sup> quae hoc efficit, nominata est); deinde, tepefactum vapore et compressu suo, diffundit et elicit herbescentem ex eo viriditatem, quae nixa fibris stirpium<sup>27</sup> sensim adulescit, culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur;<sup>28</sup> ex quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine<sup>29</sup> structam et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum.<sup>30</sup>

Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem? Satiari delectatione non possum, ut meae senectutis requiem oblectamentumque noscatis. Omitto enim vim ipsam omnium quae generantur e terra; quae ex fici tantulo grano aut acini vineo<sup>31</sup> aut ex ceterarum frugum aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet. Malleoli, plantae, sarmenta, viviradices, propagines nonne efficiunt ut quemvis cum admiratione delectent? Vitis quidem, quae natura caduca est et, nisi fulta est, fertur ad terram, eadem, ut se erigat, claviculis suis quasi manibus quidquid est nacta complectitur; quam ser-

<sup>22</sup> *alias*. Adverbio.

<sup>23</sup> *vis ac natura*: «la fuerza natural». Hendíadis. Obsérvese el verbo en singular. Gr. 165, obs. 1.

<sup>24</sup> *mollito ac subacto*: «mullido y arado».

<sup>25</sup> *occaeatum cohibet*: «aprieta, oprime, después de haberlo encerrado o cegado».

<sup>26</sup> *occatio*. En realidad el nombre abstracto correspondiente a “occae-care” es “occaeatio”; *occatio* deriva propiamente de “occa”: «el rastrillo».

<sup>27</sup> *quae...stirpium*: «que estribando en las fibras de las raíces».

<sup>28</sup> *culmoque...includitur*: «y levantada ya por el nudoso tallo, se encierra en las vainas, como entrada en la pubertad».

<sup>29</sup> *ordine*: «dispuesta en orden».

<sup>30</sup> *vallo aristarum*: «con el cerco de sus aristas».

<sup>31</sup> *ex fici...vineo*: «que de una diminuta pepita de higo o de un granillo de uva».

pentem multiplici lapsu et erratico<sup>32</sup> ferro amputans coercet ars agricularum, ne silvescat sarmentis et in omnes partes nimia fundatur. Itaque, ineunte vere, in iis, quae relicta sunt,<sup>32</sup> existit tamquam ad articulos sarmentorum ea,<sup>34</sup> quae gemma dicitur, a qua oriens uva se ostendit, quae et suco terrae et calore solis augescens, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit, vestitaque pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores. Qua<sup>35</sup> quid potest esse cum fructu laetius, tum aspectu pulchrius? Cuius quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura et natura ipsa delectat,<sup>36</sup> adminiculorum ordines,<sup>37</sup> capitum iugatio,<sup>38</sup> religatio et propagatio vitium, sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immissio.<sup>39</sup>

Quid ego irrigationes, quid fossiones agri repastinationesque<sup>40</sup> proferam, quibus fit multo terra fecundior? Quid de utilitate loquar stercorandi? Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis<sup>41</sup> scripsi; de qua doctus Hesiodus<sup>42</sup> ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante saeculis fuit, Laertam<sup>43</sup> lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum stercorantem facit.<sup>44</sup> Nec vero segetibus solum et pratis et vineis et arbutis res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et pomariis, tum pecudum pastu, apium examinibus, florum omnium varietate.

<sup>32</sup> *multiplici lapsu et erratico*: «en múltiples e irregulares direcciones».

<sup>33</sup> *quae relicta sunt*: «que han sido dejados» (por la poda).

<sup>34</sup> *ea*: ("id"). Gr. 205.

<sup>35</sup> *qua*. Gr. 440 a.

<sup>36</sup> *delectat*. Gr. 165, obs. 1.

<sup>37</sup> *adminiculorum ordines*: «las hileras de rodrigones».

<sup>38</sup> *capitum iugatio*: «el horquillado».

<sup>39</sup> *immissio*: «el desarrollo».

<sup>40</sup> *repastinationes*: «las binazones».

<sup>41</sup> *de rebus rusticis*. Alusión a su obra titulada "De re rustica".

<sup>42</sup> *Hesiodus*. Refiérese Catón al poema "Los trabajos y los días".

<sup>43</sup> *Laertam*. Padre de Ulises.

<sup>44</sup> *Laertam lenientem...colentem...facit*. Gr. 482.

Nec consitiones<sup>45</sup> modo delectant, sed etiam insitiones,<sup>46</sup> quibus nihil invenit agri cultura sollertius.<sup>47</sup>

XVIII.—...Haec enim ipsa sunt honorabilia, quae videntur levia atque communia, salutari, appeti,<sup>48</sup> decedi,<sup>49</sup> assurgi,<sup>50</sup> deduci, reduci,<sup>51</sup> consuli: quae et apud nos et in aliis civitatibus, ut quaeque optime morata est,<sup>52</sup> ita diligentissime observantur. Lysandrum Lacedaemonium, cuius modo feci mentionem, dicere aiunt solitum Lacedaemonem esse honestissimum domicilium senectutis: nusquam enim tantum tribuitur aetati; nusquam est senectus honoratior. Quin etiam memoriae proditum est, cum Athenis ludis<sup>53</sup> quidam in theatrum grandis natu venisset, magno consessu<sup>54</sup> locum nusquam ei datum a suis civibus; cum autem ad Lacedaemonios accessisset qui, legati cum essent, certo in loco<sup>55</sup> consederant, consurrexisse omnes illi dicuntur<sup>56</sup> et senem sessum<sup>57</sup> recepisse; quibus<sup>58</sup> cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex iis quendam<sup>59</sup> Athenienses<sup>60</sup> scire quae recta essent, sed facere nolle.

<sup>45</sup> *consitiones*: «plantíos».

<sup>46</sup> *insitiones*: «los injertos».

<sup>47</sup> *sollertius*: «más ingenioso».

<sup>48</sup> *appeti*: «ser visitados», «recibir visitas».

<sup>49</sup> *decedi*: «retirarse a nuestro paso».

<sup>50</sup> *assurgi*: «ponerse en pie» (en señal de respeto).

<sup>51</sup> *deduci, reduci*: «ser acompañados al ir al foro y al volver de él».

<sup>52</sup> *quaeque optime* (Gr. 378, d.) *morata est*: «cuanto mejores son sus costumbres».

<sup>53</sup> *ludis*: «durante una representación».

<sup>54</sup> *magno consessu*: «a causa de la gran concurrencia».

<sup>55</sup> *certo in loco*: «en lugares reservados».

<sup>56</sup> *concurrerisse dicuntur*. Gr. 497 c.

<sup>57</sup> *sessum*. Supino.

<sup>58</sup> *quibus* ("legatis").

<sup>59</sup> *quendam*. Suj. de "dixisse".

<sup>60</sup> *Athenienses*. Suj. de "scire".

XXII.—Apud Xenophontem<sup>61</sup> autem moriens Cyrus maior<sup>62</sup> haec dicit: “Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me, cum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore.<sup>63</sup> Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis, sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intellegebatis; eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo<sup>64</sup> diutius memoriam sui<sup>65</sup> teneremus. Mihi quidem numquam persuaderi potuit animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere, cum excessissent<sup>66</sup> ex eis, emori; nec vero tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore evasisset, sed, cum omni admixtione corporis liberatus purus est integer esse coepisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum<sup>67</sup> perspicuum est quo quaeque discedat: abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt; animus autem solus nec cum adest nec cum discedit apparet. Iam vero videtis nihil esse morti tan simile quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam; multa enim, cum remissi<sup>68</sup> et liberi sunt, futura prospiciunt; ex quo intellegitur quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. Quare, si haec ita sunt, sic me colitote”, inquit, “ut deum; sin una est interiturus animus cum corpore, vos tamen deos verentes, qui hanc omnem

<sup>61</sup> *Xenophontem*. En la *Ciropedia*, VIII, cap. 7.

<sup>62</sup> *Cyrus maior*. Désígnalo así para distinguirlo de *Ciro el joven*, por cuenta de quien los griegos y el propio *Jenofonte* organizaron la expedición de los diez mil.

<sup>63</sup> *nusquam aut nullum fore*: «no estaré en parte alguna o me aniquilaré».

<sup>64</sup> *quo*. Gr. 529.

<sup>65</sup> *sui*. El reflexivo determina al sujeto de “efficerent”, y no al de la subordinada “teneremus”.

<sup>66</sup> *vivere, cum excessissent*. *Asíndeton* adversativo.

<sup>67</sup> *ceterarum rerum*. Genitivo dependiente de “quaeque”.

<sup>68</sup> *remissi*: «suelos», «desatados».

pulchritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis". . . .

XXIII.—...Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusque<sup>69</sup> animus maxime ad immortalitatem gloriae niteretur. Quid? quod sapientissimus quisque aequissimo animo moritur, stultissimus<sup>70</sup> iniquissimo,<sup>71</sup> nonne vobis videtur is animus, qui plus cernat et longius, videre se ad meliora proficisci, ille autem, cuius obtusior sit acies, non videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi, videndi,<sup>72</sup> neque vero eos solum convenire aveo, quos ipse cognovi, sed illos etiam, de quibus audivi et legi et ipse conscripsi. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit nec tamquam<sup>73</sup> Peliam<sup>74</sup> recoxerit. Et si quis deus mihi largiatur ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem nec vero velim quasi decurso spatio ad carceres a calce<sup>75</sup> revocari. Quid habet enim vita commodi? Quid non potius laboris? Sed habeat sane,<sup>76</sup> habet certe tamen aut satietatem aut modum. Non libet enim mihi deplorare vitam, quod multi, et ii docti, saepe fecerunt, neque me vixisse paenitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem, et ex vita discedo tamquam ex hospitio, non tamquam e domo;<sup>77</sup>

<sup>69</sup> *optimi cuiusque*. Gr. 378 d.

<sup>70</sup> *stultissimus* ("quisque").

<sup>71</sup> *iniquissimo* ("animo").

<sup>72</sup> *studio...videndi...patres*. Gr. 154 c.

<sup>73</sup> *tamquam*: "quem ad modum".

<sup>74</sup> *Peliam*. Las hijas del anciano Pelias, por consejo de Medea, degollaron a su padre e hicieron hervir su cuerpo en una caldera, con objeto de devolverle la juventud.

<sup>75</sup> *ad carceres a calce*: «desde la meta a la barrera o punto de partida». Símil tomado de las carreras del estadio.

<sup>76</sup> *habeat* (Gr. 142 g) *sane* ("aliquid commodi").

<sup>77</sup> *hospitio...dòmo*. La permanencia en este mundo es para Catón cosa transitoria y no definitiva.

commorandi enim natura deversorium nobis, non habitandi<sup>78</sup> dedit. O praeclarum diem, cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar, cumque ex hac turba et coluvione discedam! Proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi, verum etiam ad Catonem meum,<sup>79</sup> quo nemo vir melior natus est, nemo pietate<sup>80</sup> praestantior; cuius a me corpus est crematum, quod contra decuit<sup>81</sup> ab illo meum, animus vero non me deserens, sed respectans in ea profecto loca discessit, quo<sup>82</sup> mihi ipsi<sup>83</sup> cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quo<sup>84</sup> aequo animo ferrem, sed me ipse<sup>85</sup> consolabar existimans non longinquum inter nos digressum et discessum fore. His mihi rebus...levis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam iucunda.

<sup>78</sup> *commorandi...habitandi*: «para detenernos poco tiempo, no para vivir».

<sup>79</sup> *meum*. Su hijo, fallecido en 152.

<sup>80</sup> *pietate*. Abl. de limitación. Gr. 445.

<sup>81</sup> *quod contra decuit*: «debiendo ser al contrario».

<sup>82</sup> *quo*: "ad quae".

<sup>83</sup> *mihi ipsi*. Gr. 432 f.

<sup>84</sup> *non quo*. Gr. 527 a.

<sup>85</sup> *me ipse*. Gr. 193.

## DE DIVINATIONE

*De este tratado, escrito en el año 44 y dividido en dos libros, en los que Quinto Cicerón defiende las teorías del estoicismo acerca de la adivinación y Tulio condena abiertamente la pretendida ciencia de los arúspices, la explicación de los sueños, prodigios, etc., hemos seleccionado el § 27 del libro I en el cual narra Quinto Cicerón dos casos, famosos en la antigüedad, de presciencia durante el sueño, y el preámbulo del II, que contiene el resumen y finalidad de los estudios filosóficos del orador Romano.*

I, 27.—Quid? Illa duo somnia, quae creberrime commemorantur a Stoicis, quis tandem potest contemnere? Unum de Simonide,<sup>1</sup> qui, cum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset eumque humiliasset haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est ne id faceret ab eo quem sepultura affecerat;<sup>3</sup> si navigavisset, eum naufragio esse periturum;<sup>4</sup> itaque Simonidem redisse,<sup>5</sup> perisse ceteros qui tum navigassent.

<sup>1</sup> *Simonide*. Uno de los grandes líricos griegos, que después de residir en Atenas, Tesalia, etc., falleció en Siracusa alrededor del año 467 a. J. C.

<sup>2</sup> *moneri...ne*. Gr. 514 b.

<sup>3</sup> *quem sepultura affecerat*: «a quien había enterrado».

<sup>4</sup> *si navigavisset...periturum*. Estilo indirecto. Gr. 551 a.

<sup>5</sup> *redisse* (“domum”).

Alterum ita traditum clarum admodum somnium: cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent et Megaram<sup>6</sup> venissent, alterum ad cauponem devertisse, ad hospitem alterum; qui ut cenati<sup>7</sup> quiescerent, concubia nocte<sup>8</sup> visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare ut subveniret, quod sibi a caupone interitus pararetur; eum primo perterritum somnio surrexisse; dein, cum se collegisset<sup>9</sup> idque visum<sup>10</sup> pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse; tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare ut, quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne<sup>11</sup> inultam esse pateretur; se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum et supra stercus iniectum; petere ut mane ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret. Hoc vero eum somnio commotum,<sup>12</sup> mane bubulco praesto ad portam fuisse, quaesisse ex eo quid esset in plastro; illum perterritum fugisse, mortuum erutum esse, cauponem, re patefacta, poenas dedisse.

I, 1.—Quaerenti mihi multumque et diu cogitanti quam rem possem<sup>13</sup> prodesse quam plurimis,<sup>14</sup> ne quando<sup>15</sup> intermitterem consulere rei publicae, nulla maior<sup>16</sup> occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus; quod compluribus iam libris me arbitror consecutum.<sup>17</sup> Nam et cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo

<sup>6</sup> *Megaram*. Ciudad de la Acaya.

<sup>7</sup> *cenati*. Gr. 476 b.

<sup>8</sup> *concubia nocte*: «al comienzo de la noche».

<sup>9</sup> *cum se collegisset*: «habiendo cobrado ánimo».

<sup>10</sup> *idque visum*: «aquella aparición».

<sup>11</sup> *rogare ut...ne*. Gr. 514 b.

<sup>12</sup> *eum commotum* ("esse"). Proposición infinitiva que, como las anteriores y las siguientes, depende de "traditum".

<sup>13</sup> *possem*. Interrogativa indir. Gr. 509.

<sup>14</sup> *plurimis* ("hominibus")

<sup>15</sup> *quando*: "aliquando".

<sup>16</sup> *nulla maior* ("res").

<sup>17</sup> *consecutum* ("esse").

libro, qui est inscriptus Hortensius;<sup>18</sup> et, quod genus philosophandi minime arrogans maximeque et constans et elegans arbitraremur, quattuor Academicis libris<sup>19</sup> ostendimus. Cumque fundamentum esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum,<sup>20</sup> perpurgatus est is locus a nobis quinque libris, ut, quid a quoque, et quid contra quemque philosophum diceretur, intellegi posset. Totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum<sup>21</sup> res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt; primus enim est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore, de aegritudine lenienda tertius, quartus de reliquis animi perturbationibus, quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime illustrat: docet enim ad beate vivendum virtutem se ipsa esse contentam. Quibus rebus editis, tres libris perfecti sunt de Natura Deorum,<sup>22</sup> in quibus omnis eius loci quaestio continetur. Quae ut plane esset cumulateque perfecta, de Divinatione ingressi sumus his libris scribere; quibus, ut est in animo, de Fato<sup>23</sup> si adiunxerimus, erit

<sup>18</sup> *Hortensius*. Obra perdida.

<sup>19</sup> *Academicis libris*. Las "Academicae Quaestiones", escritas en el año 45, constaron primeramente de dos libros, que llevaban los nombres de Catullus (Q. Lutatius) y Luculus (L. Licinius), respectivamente. De esta primera redacción sólo poseemos el segundo libro, en el que Lúculo combate las opiniones de la Academia y de Filón y es contestado por Cicerón. A poco de terminar esta obra enviola su autor a Atico y al saber por éste que Varrón estaba quejoso porque aún no le había dedicado ninguno de sus libros, redactola segunda vez, dividiéndola en cuatro libros, de los cuales sólo conocemos parte del primero y algunos fragmentos. Varrón y Cicerón, personajes principales, discuten en presencia de Atico. El primero sostiene las ideas de Antíoco, fundador de la quinta Academia, y hace una exposición histórica de la filosofía, desde Sócrates hasta Arcesilao; el segundo toma a su cargo la defensa de la doctrina de Filón o de la nueva Academia y continúa aquella exposición desde Arcesilao hasta Carneades.

<sup>20</sup> *de finibus bonorum et malorum*. Véase anteriormente, págs. 125-127.

<sup>21</sup> *libri Tusculanarum disputationum*. Véase anteriormente, págs. 128-133.

<sup>22</sup> *de Natura deorum*. Exposición de las teorías estoica, epicúrea y académica, acerca de la divinidad, escrita entre los años 45 y 44.

<sup>23</sup> *de Fato*. Obra escrita en 44 y en la cual Cicerón defiende la tesis de que la voluntad puede llegar a aniquilar la fatalidad y la influencia de las circunstancias externas.

abunde<sup>24</sup> satisfactum toti huic quaestioni. Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica,<sup>25</sup> quos tum scripsimus, cum<sup>26</sup> gubernacula rei publicae tenebamus; magnus locus philosophiaeque propius, a Platone, Aristotele, Theophrasto<sup>27</sup> totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime. Nam quid ego de Consolatione<sup>28</sup> dicam? quae mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur; ceteris item multum illam profuturam puto. Interiectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum de Senectute misimus; in primisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur et fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est. Cumque Aristoteles itemque Theophrastus, excellentes viri, cum subtilitate, tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerint, nostri quoque oratorii libri in eundem librorum numerum referendi videntur; ita tres erunt de Oratore, quartus Brutus, quintus Orator.<sup>29</sup>

2.—Adhuc haec erant; ad reliqua alacri tendebamus animo sic parati, ut, nisi quae<sup>30</sup> causa gravior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur,<sup>31</sup> qui non Latinis litteris illustratus pateret. Quod enim munus rei publicae afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem? his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est,<sup>32</sup> ut omnium opibus refrenanda atque coercenda

<sup>24</sup> *abunde*: «habremos suficientemente».

<sup>25</sup> *de Republica*. Escrito entre los años 54 y 51, este tratado filosófico estudia las diversas formas de gobierno, la constitución ideal y la propia de Roma; sólo han llegado a nosotros los dos primeros libros, algunos fragmentos de los cuatro restantes y el *Somnium Scipionis* (libro VI), conservado por Macrobio.

<sup>26</sup> *tum...cum*. Gr. 526 a.

<sup>27</sup> *Theophrasto*. Discipulo de Aristóteles.

<sup>28</sup> *de Consolatione*. Obra perdida, escrita el año 45, después de la muerte de Tulia.

<sup>29</sup> *de Oratore...Brutus...Orator*. Los tres tratados principales de Cicerón acerca del arte oratorio.

<sup>30</sup> *quae*. Gr. 215.

<sup>31</sup> *obstitisset...pateremur*. Gr. 534 C, obs. a.

<sup>32</sup> *prolapsa est* ("juventus").

sit...II.—...Dabunt igitur mihi veniam mei cives vel gratiam potius habebunt, quod cum esset in unius<sup>33</sup> potestate res publica, neque ego me abdidici neque deserui neque afflixi neque ita gessi, quasi homini aut temporibus iratus, neque porro ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae paeniteret. Id enim ipsum a Platone philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis. Quod cum accidisset nostrae rei publicae, tum pristinis orbatu muneribus haec studia renovare coepimus, ut et animus molestiis<sup>34</sup> hac potissimum re levaretur et prodessemus civibus nostris, qua re cumque possemus. In libris enim sententiam dicebamus, contionabamur, philosophiam nobis pro rei publicae procuracione substitutam putabamus. Nunc quoniam de re publica consuli coepti sumus,<sup>35</sup> tribuenda est opera rei publicae, vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda, tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit a publico officio et munere. Sed haec alias<sup>36</sup> pluribus;<sup>37</sup> nunc ad institutam disputationem<sup>38</sup> revertamur. . . .

<sup>33</sup> *unius*. César.

<sup>34</sup> *molestiis* . . . *levaretur*. Gr. 439.

<sup>35</sup> *coepti sumus*. Gr. 356. Después de la muerte de César, Cicerón había recobrado alguna influencia política.

<sup>36</sup> *alias*. Adverbio.

<sup>37</sup> *pluribus*. ("verbis").

<sup>38</sup> *ad institutam disputationem*. Es decir, al problema de la adivinación.

## DE AMICITIA.

*Este diálogo, escrito en el año 44, y dedicado a Tito Pomponio Atico, se desarrolla entre Lelio y sus dos yernos, el historiador C. Fanio y el famoso jurisconsulto Q. Mucio Scévola. Se inicia la conversación con el elogio de Escipión Emiliano, fallecido en 129 a. J. C., y se trata luego de la amistad en general, cuyo elogio hace Lelio, íntimo amigo del segundo Africano (VI), exponiendo (X) los peligros a que está expuesta, la imposibilidad de que exista sin la fidelidad y comunidad de sentimientos (XVIII) así como la obligación entre amigos de decir siempre la verdad, por dura que ésta sea (XXIV).*

VI. Est enim amicitia nihil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolentia et caritate consensio, qua quidem haud scio an, excepta sapientia, nihil melius homini sit a dis immortalibus datum. Divitias alii praeponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores,<sup>1</sup> multi etiam voluptates. Beluarum hoc quidem extremum;<sup>2</sup> illa autem superiora<sup>3</sup> caduca et incerta, posita non tam in consiliis nostris quam in fortunae temeritate.<sup>4</sup> Qui autem in virtute summum

<sup>1</sup> honores: «las dignidades».

<sup>2</sup> hoc extremum (“est”): «esta última tendencia». Alusión a los epicúreos.

<sup>3</sup> illa... superiora: “divitiae”, “valetudo”, “potentia”, “honores”.

<sup>4</sup> temeritate: «caprichos».

bonum ponunt,<sup>5</sup> praeclare illi quidem; <sup>6</sup> sed haec ipsa virtus amicitiam et gignit et continet,<sup>7</sup> nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. . .

Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principio, qui <sup>10</sup> potest esse "vita vitalis",<sup>11</sup> ut ait Ennius, quae non in amici mutua benivolentia conquiescit? Quid dulcius quam habere quicum<sup>12</sup> omnia audeas sic loqui ut tecum? Qui esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis aequae ac<sup>13</sup> tu ipse gauderet? Adversas vero ferre difficile esset sine eo, qui illas gravius etiam quam tu ferret. Denique ceterae res quae expetuntur<sup>14</sup> opportunae sunt singulae rebus fere singulis: <sup>15</sup> divitiae, ut utare; opes,<sup>16</sup> ut colare; honores, ut laudare; voluptates, ut gaudeas; valetudo, ut dolore careas et muneribus fungare corporis: amicitia res plurimas<sup>17</sup> continet. Quoquo te verteris, praesto est; nullo loco excluditur; numquam intempestiva, numquam molesta est; itaque non aqua, non igni, ut aiunt, locis pluribus<sup>18</sup> utimur quam amicitia. Neque ego nunc de vulgari aut de mediocri, quae tamen ipsa et delectat et prodest, sed de vera et perfecta loquor, qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit.<sup>19</sup>

<sup>5</sup> *ponunt*. Los estoicos y académicos.

<sup>6</sup> *praeclare...quidem* ("faciunt" o "sentiunt").

<sup>7</sup> *continet*: «mantiene».

<sup>8</sup> *tales...viros*. Los Paulos, Escipiones, Galos, etc., nombrados en líneas anteriores.

<sup>9</sup> *opportunitates*: «ventajas».

<sup>10</sup> *qui*: "quomodo". Gr. 197 a. Véase, más abajo, "qui esset".

<sup>11</sup> *vita vitalis*: «vida digna de tal nombre».

<sup>12</sup> *quicum*: ("quocum"): "talem ut cum eo".

<sup>13</sup> *aequae ac*. Gr. 538 d.

<sup>14</sup> *quae expetuntur*: «que se apetecen».

<sup>15</sup> *opportunae...singulis*: «son convenientes, sirven para un solo fin».

<sup>16</sup> *opes*: «la influencia».

<sup>17</sup> *res plurimas*: «una infinidad de bienes».

<sup>18</sup> *locis plurimis*: «en más ocasiones».

<sup>19</sup> *qualis...fuit*: «cual fué la de aquellos pocos de que se hace mención».

Nam et secundas res splendidiore facit amicitia, et adversas, partiens communicansque, leviores.

XI. Quam ob rem id<sup>20</sup> primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Numne,<sup>21</sup> si Coriolanus<sup>22</sup> habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? num Vecellinum amici regnum appetentem, num Maelium<sup>23</sup> debuerunt iuvare? Tib. quidem Gracchum, rem publicam vexantem, a Q. Tuberone<sup>24</sup> aequalibusque amicis derelictum videbamus. At C. Blossius<sup>25</sup> Cumanus, hospes familiae vestrae, Scaevola, cum ad me, quod aderam Laenati et Rupilio consulibus in consilio,<sup>26</sup> deprecatum venisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Tib. Gracchum fecisset,<sup>27</sup> ut, quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego: "Etiamne, si te in Capitolium faces ferre vellet?" — "Numquam", inquit, "voluisset id quidem; sed si voluisset, paruissem". Videtis<sup>28</sup> quam nefaria vox! Et hercule ita fecit vel plus etiam, quam dixit; non enim paruit ille Tib. Gracchi temeritati, sed praefuit;<sup>29</sup> nec se comitem illius furoris, sed ducem praebuit.<sup>30</sup> Itaque hac amentia, quaestione nova perterritus, in Asiam

<sup>20</sup> *id.* Gr. 524 a.

<sup>21</sup> *numne*: "num".

<sup>22</sup> *Coriolanus*. "Cn. Marcius". Obligados los patricios a hacer algunas concesiones a la plebe, como la creación del tribunado, opúsose, entre otros, Coriolano, viéndose en la necesidad de refugiarse entre los Volscos, a los cuales levantó contra su propia patria.

<sup>23</sup> *Vecellinum*... *Maelium*. Espurio Casio Viscelino y Espurio Melio intentaron alzarse con el poder real.

<sup>24</sup> *Q. Tuberone*. Quinto Elio Tuberón, nieto de Paulo Emilio y sobrino del segundo Africano, fué uno de los más encarnizados enemigos de los Gracos.

<sup>25</sup> *C. Blossius*. Amigo de los Gracos y filósofo estoico. Dióse voluntaria muerte en Asia, en donde se había refugiado.

<sup>26</sup> *aderam*... *in consilio*: «ayudaba con mis consejos».

<sup>27</sup> *tanti*... *fecisset*. Gr. 430 e.

<sup>28</sup> *videtis*: «ya veis».

<sup>29</sup> *paruit temeritati*... *sed praefuit*. Gr. 122 a, 2; 431 b.

<sup>30</sup> *se comitem*... *ducem praebuit*. Gr. 419.

profugit, ad hostes se contulit, poenas rei publicae graves iustasque persolvit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris;<sup>31</sup> nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio<sup>32</sup> fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris...<sup>33</sup>

XVIII. Firmamentum autem stabilitatis constantiaeque est eius, quam in amicitia quaerimus, fides. Nihil est enim stabile, quod infidum est. Simplicem<sup>34</sup> praeterea et communem<sup>35</sup> et consentientem, qui<sup>36</sup> rebus iisdem moveatur, eligi par est,<sup>37</sup> quae omnia pertinent ad fidelitatem; neque enim fidum potest esse multiplex ingenium et tortuosum, neque vero qui non iisdem rebus movetur, naturaque consentit, aut fidus aut stabilis potest esse. Addendum eodem<sup>38</sup> est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis;<sup>39</sup> quae pertinent omnia ad eam, quam iam dudum tracto, constantiam. Ita fit verum illud,<sup>40</sup> quod initio dixi, amicitiam, nisi inter bonos, esse non posse. Est enim boni viri, quem eundem<sup>41</sup> sapientem dicere licet, haec duo tenere in amicitia: primum ne quid fictum sit neve simulatum; aperte enim vel<sup>42</sup> odisse magis in-

<sup>31</sup> *nulla est... si peccaveris.* Gr. 534 B, obs. 1: "peccaveris...defeceris". Gr. 127 d.

<sup>32</sup> *virtutis opinio:* «la buena opinión», «la reputación de virtuoso».

<sup>33</sup> *nulla...defeceris:* «no es, por tanto, excusa de una falta el haberla cometido: (si se la cometiere) por servir a un amigo, pues siendo la buena opinión granjeadora de amistad, es difícil que ésta subsista en apartándose: (si se apartare) de la virtud».

<sup>34</sup> *simplicem:* «franco», «sencillo».

<sup>35</sup> *communem:* «sociable».

<sup>36</sup> *qui:* ("talís ut").

<sup>37</sup> *par est:* «es razonable».

<sup>38</sup> *eodem:* «a este mismo fin».

<sup>39</sup> *ut ne...oblatis:* «que ni se deleite en levantar acusaciones ni dé crédito a las que le cuenten».

<sup>40</sup> *illud.* Anuncia la proposición inmediata de infinitivo "amicitiam esse non posse". Gr. 524 a.

<sup>41</sup> *eundem.* Gr. 195.

<sup>42</sup> *vel.* Gr. 263.

genui est<sup>43</sup> quam fronte<sup>44</sup> occultare sententiam; deinde, non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. Accedat huc suavitas quaedam oportet<sup>45</sup> sermonum atque morum,<sup>46</sup> haudquaquam mediocre condimentum amicitiae. Tristitia<sup>47</sup> autem et in omni re severitas habet illa quidem gravitatem, sed amicitia remissior esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior...

XXIV. Sed cum<sup>48</sup> tot signis eadem natura declaret quid velit, anquirat, desideret, tamen obsurdescimus nescio quomodo nec ea, quae ab ea monemur, audimus. Est enim varius et multiplex usus amicitiae, multaeque causae suspicionum offensionumque dantur, quas tum evitare, tum elevare,<sup>49</sup> tum ferre, sapientis est.<sup>50</sup> Una illa sublevanda offensio<sup>51</sup> est, ut et veritas in amicitia et fides retineatur: nam et monendi amici saepe sunt et obiurgandi, et haec accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed, nescio quomodo, verum est, quod in Andria familiaris meus<sup>52</sup> dicit:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Molesta veritas,<sup>53</sup> si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiae, sed obsequium multo molestius, quod

<sup>43</sup> *ingenui est*. Gr. 428 e, 2.

<sup>44</sup> *fronte*: «en la cara», «exteriormente».

<sup>45</sup> *accedat...oportet*. Gr. 524.

<sup>46</sup> *sermonum atque morum*: «en las palabras y maneras».

<sup>47</sup> *tristitia*: «el rigor».

<sup>48</sup> *cum*. Gr. 537 c.

<sup>49</sup> *elevare*: «mitigar», «atenuar».

<sup>50</sup> *sapientis est*. Gr. 428 e, 2.

<sup>51</sup> *offensio*: «motivo de disgusto».

<sup>52</sup> *familiaris meus*. Terencio, autor de la comedia "Andria", fué amigo y protegido de Lelio y de Escipión Emiliano.

<sup>53</sup> *veritas* ("est").

peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit;<sup>54</sup> maxima autem culpa in eo, qui et veritatem aspernatur et in fraudem obsequio<sup>55</sup> impellitur. Omni igitur hac in re habenda ratio et diligentia est: primum ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat; in obsequio autem, quoniam Terentiano verbo libenter utimur, comitas adsit, assentatio, vitiorum adiutrix, procul amoveatur, quae non modo amico, sed ne libero quidem digna est; aliter enim cum tyranno, aliter cum amico vivitur. Cuius autem aures clausae veritati sunt, ut<sup>56</sup> ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis,<sup>57</sup> ut multa:<sup>58</sup> “melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: <sup>59</sup> illos verum saepe dicere, hos numquam”. Atque illud absurdum,<sup>60</sup> quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent vacare; peccasse enim se non anguntur, obiurgari moleste ferunt; quod contra oportebat, delicto dolere, correctione gaudere.<sup>61</sup>

<sup>54</sup> *quod...sinit*: «complaciente con los pecados, hace que el amigo se deje arrastrar al precipicio».

<sup>55</sup> *obsequio*. Abl.

<sup>56</sup> *ut*: “ita ut”. Gr. 530.

<sup>57</sup> *illud Catonis*: «el dicho de Catón».

<sup>58</sup> *multa*: «muchas sentencias suyas».

<sup>59</sup> *videantur*. Gr. 534, 4; 549.

<sup>60</sup> *absurdum* (“est”).

<sup>61</sup> *quod contra oportebat* (Gr. 467)...*gaudere*: «y lo que, por el contrario, hubiera procedido era dolerse del delito y alegrarse de la corrección».

## DE OFFICIIS

*Los tres libros que integran esta obra tratan, respectivamente, de lo honesto, de lo útil y de la comparación de ambos conceptos. El De officiis, de un carácter esencialmente práctico, fué compuesto en el año 44. Lo honesto debe ser preferido a lo útil; el bien común a los intereses privados; actos como el realizado por C. Canio (§ III, 14) son dignos de repulsa; donde falte la honestidad no puede haber fortaleza (§ III, 26, 27), ni existe vínculo más sagrado que el del juramento, cuya infracción se castigaba severamente en Roma (§ III, 31).*

III 14.—...C. Canius, eques Romanus, nec infacetus et satis litteratus, cum se Syracusas otiandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle, quo invitare amicos et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percubisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret<sup>1</sup> Syracusis, dixit venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio,<sup>2</sup> si vellet, ut suis, et simul ad cenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset, ut argenta-

<sup>1</sup> *qui argentariam faceret*: «como ejercía la profesión de banquero». La proposición relativa, como más abajo “qui esset”, tiene aquí matiz causal. Gr. 543, 1 a.

<sup>2</sup> *sed licere uti* (“his hortis”) Canio. Gr. 495 c.

rius, apud omnes ordines graciosus, piscatores ad se convocavit et ab iis petivit<sup>3</sup> ut ante suos hortulos postridie piscarentur dixitque quid eos facere vellet. Ad cenam tempori<sup>4</sup> venit Canius; opipare a Pythio apparatus<sup>5</sup> convivium; cymbarum ante oculos multitudo; pro se quisque,<sup>6</sup> quod ceperat, afferebat; ante pedes Pythii pisces abiciebantur. Tum Canius: "Quaeso", inquit, "quid est hoc, Pythi? tantumne piscium? tantumne cymbarum?" Et ille: "Quid mirum?", inquit; "hoc loco est Syracusis quidquid est piscium; hic aquatio;<sup>7</sup> hac villa isti carere non possunt". Incensus Canius cupiditate contendit a Pythio ut venderet. Gravate ille primo.<sup>8</sup> Quid multa? impetrat.<sup>9</sup> Emit homo cupidus et locuples tanti quanti<sup>10</sup> Pythius voluit et emit instructos; nomina facit,<sup>11</sup> negotium conficit. Invitat Canius postridie familiares suos, venit ipse mature: scalmum nullum videt; quaerit ex<sup>12</sup> proximo vicino num feriae quaedam piscatorum essent, quod eos nullos videret. "Nullae, quod sciam", inquit; "sed hic piscari nulli solent; itaque heri mirabar quid accidisset".

Stomachari Canius; sed quid faceret? nondum enim C. Aquilius, collega<sup>13</sup> et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas; in quibus ipsis, cum ex eo quaereretur quid esset dolus malus, respondebat: "cum esset aliud simulatum, aliud actum". Hoc quidem sane luculente ut ab homine perito definiendi.<sup>14</sup>

<sup>3</sup> *ab iis petivit.* Gr. 418 b y 431 b.

<sup>4</sup> *tempori:* «a la hora convenida».

<sup>5</sup> *apparatum* ("est").

<sup>6</sup> *quisque* ("piscatorum").

<sup>7</sup> *hic aquatio:* «de aquí toman el agua» (para la ciudad).

<sup>8</sup> *gravate ille primo* ("agit"): «él, en un principio, (recibe la propuesta) a regañadientes».

<sup>9</sup> *impetrat.* Suj. "Canius".

<sup>10</sup> *tanti quanti.* Gr. 430 e.

<sup>11</sup> *nomina facit:* «inscribe en sus libros la suma debida».

<sup>12</sup> *quaerit ex.* Gr. 418 b.

<sup>13</sup> *collega.* C. Aquilio Galo fué pretor con Cicerón en el año 66.

<sup>14</sup> *definiendi* ("dictum est").

Ergo et Pythius et omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Nullum igitur eorum factum potest utile esse, cum sit tot vitiis inquinatum. . .

III, 26.—M. Atilius Regulus, cum consul iterum in Africa ex<sup>15</sup> insidiis captus esset, duce Xanthippo, Lacedaemonio, imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, iuratus<sup>16</sup> missus est in senatum ut, nisi redditi essent Poeni captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is, cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat, sed eam, ut res declarat, falsam iudicavit; quae erat talis: manere in patria, esse domi suae cum uxore, cum liberis, quam calamitatem accepisset bello, communem fortunae bellicae iudicantem<sup>17</sup> tenere consularis dignitatis gradum.<sup>18</sup> Quis haec negat esse utilia? Quem censes? Magnitudo animi et fortitudo negat. . . 27.—. . .Itaque, quid fecit? In senatum venit, mandata exposuit, sententiam ne diceret recusavit: <sup>19</sup>quamdiu iureiurando hostium teneretur, non esse<sup>20</sup> se senatorem. . . Reddi captivos negavit esse utile: illos enim adulescentes esse et bonos duces, se iam confectum aetate. Cuius cum valuisset auctoritas, captivi retenti sunt, ipse Carthaginem rediit; neque eum caritas patriae retinuit nec suorum. Neque vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci, sed iusiurandum conservandum putabat. Itaque tum, cum vigilando necabatur,<sup>21</sup> erat in meliore causa quam si domi senex captivus, periurus consularis remansisset. . .

<sup>15</sup> *ex. Gr. 253, 2 c.*

<sup>16</sup> *iuratus. Gr. 476 b.*

<sup>17</sup> *iudicantem. Gr. 146.*

<sup>18</sup> *quam. . . gradum:* "tenere gradum consularis dignitatis, iudicantem calamitatem, quam accepisset bello, communem fortunae bellicae".

<sup>19</sup> *ne diceret recusavit (Gr. 522):* «se negó a decir su parecer».

<sup>20</sup> *teneretur. . . esse. Gr. 548 a.*

<sup>21</sup> *vigilando necabatur.* Cortáronle a Régulo los párpados para que no pudiese cerrar los ojos.

III, 31.—L. Manlio, cum dictator<sup>22</sup> fuisset, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit,<sup>23</sup> quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset.<sup>24</sup> Criminabatur etiam quod Titum filium,<sup>25</sup> qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset et ruri habitare iussisset. Quod cum audivisset adolescens filius, negotium exhiberi patri,<sup>26</sup> accurrisse Romam et cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur.<sup>27</sup> Cui cum esset nuntiatum, quod illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem iussit venire. At ille, ut ingressus est, confestim gladium destrinxit iuravitque se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum sibi dedisset se patrem missum<sup>28</sup> esse facturum. Iuravit hoc terrore coactus Pomponius; rem ad populum detulit; docuit cur sibi causa desistere<sup>29</sup> necesse esset: Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis iusiurandum valebat!...

<sup>22</sup> *dictator*. L. Manlio fué dictador en el año 362 a. C.

<sup>23</sup> *diem dixit*: «citó en juicio».

<sup>24</sup> *quod...addidisset*. El subj. "addidisset", como los inmediatos "relegasset", "iussisset", indica la opinión de Pomponio. Gr. 527.

<sup>25</sup> *Titum filium*. Cónsul en el año 240.

<sup>26</sup> *negotium exhiberi patri*: lit. «que se creaba una situación difícil a su padre» («que se trataba de comprometerlo»).

<sup>27</sup> *filium...accurrisse...et venisse dicitur*. Gr. 497 c.

<sup>28</sup> *missum*: «libre».

<sup>29</sup> *causa desistere*. Gr. 439.

## PRIMER DISCURSO CONTRA CATILINA

*Hacia fines del año 60 a. J. C. y en una de sus cartas a Tito Pomponio Atico,<sup>1</sup> enumera Cicerón los discursos que, correspondientes a la época de su consulado, se disponía a remitirle para su publicación. En la lista figuran, como es lógico, las cuatro Orationes in Catilinam. Los motivos que impelieron a Cicerón a pronunciarlas son suficientemente conocidos, y bastarán pocas palabras para recordarlos.*

*L. Sergio Catilina, a quien sus adversarios nos presentan como hombre ambicioso y tan falto de escrúpulos como dotado de talento y vigor físico, había nacido hacia el año 108 a. J. C. y ejercido las funciones de cuestor (78), pretor (68) y propretor en Africa. Vuelto a Roma en el año 66, disponíase a presentar su candidatura para el cargo de cónsul, cuando se vió acusado por los africanos, quejosos de su administración. El proceso en que con tal motivo se vió enredado y del que luego fué absuelto, le forzó a reservar sus ambiciones para los comicios del año 63, celebrados en los promedios del anterior. Eran sus competidores L. Antonio Híbrida y M. Tulio Cicerón. Más o menos abiertamente alentaban a Catilina los dos jefes del partido democrático César y Craso, mientras Cicerón granjeábase el apoyo del Senado y del orden ecuestre. Derrotado Catilina y elegidos*

<sup>1</sup> *Ad Att.*, II, 1, 3.

*sus contrincantes, aquél no se resignó, sino que volvió a la carga en las elecciones inmediatas, ofreciendo, para el caso de salir nombrado, el perdón inmediato de todas las deudas. Tres eran los candidatos con quienes tenía que luchar: Servio Sulpicio, Licinio Murena y Decio Junio Silano. Cicerón, receloso de Catilina, no sólo hizo votar por el Senado la lex Tullia de ambitu, que agravaba con penas severísimas el castigo debido al soborno electoral, sino que tendió en torno al sospechoso una red de espionaje para estar al corriente de todos sus actos. Otra vez vencido, pues el triunfo correspondió a Silano y Murena, decidió Catilina recurrir a la amenaza y concentró a sus partidarios en Fiésole, mientras el cónsul obtenía del Senado, en la sesión de 21 de octubre del año 63, la concesión de poderes excepcionales que le permitiesen enfrentarse al inminente peligro. A la cabeza de los amigos de Catilina, alzados en armas, hallábase un antiguo centurión llamado Manlio, pero Cicerón carecía de pruebas materiales, demostrativas de la connivencia de aquél con el jefe de los conjurados. Incluso Catilina, para alejar toda sospecha y demostrar la inanidad de los rumores que en su contra circulaban, habíase sometido voluntariamente a la vigilancia de un tal M. Metelo; mas comprendiendo pronto lo falso de su posición, decidióse a salir de Roma y a reunirse con su ejército. En la noche del 6 al 7 de noviembre, juntó a sus partidarios en casa de M. Porcio Leca. No bien terminada la reunión, ya tenía el cónsul noticia de lo ocurrido en ella y del propósito de dos de los conjurados de asesinarlo en su casa a la mañana siguiente. Su decisión no se hizo esperar: en el acto convocó al Senado, para el día inmediato, en el templo de "Iuppiter Stator", y en dicha reunión apostrofó a Catilina con el discurso inserto a continuación de estas líneas. El día 9, y para dar cuenta al pueblo de lo ocurrido, pronunció la segunda Catilinaria. Catilina, entretanto, habíase apresurado a salir de Roma.*

*Demostróse de allí a poco la complicidad en la conjura de Léntulo, Cetego, Gabinio, Estatilio y Cepario, así como sus intenciones de secundar desde dentro de la ciudad los planes del rebelde, y a pesar de las protestas de inocencia del primero, votó el Senado la culpabilidad y prisión de los detenidos, circunstancias que Cicerón anunció al pueblo por medio de su tercer Discurso. Por último, en la sesión del 5 de diciembre celebrada en el templo de la Concordia, y tras de un discurso del cónsul designado Silano en solicitud de la pena de muerte, y de otro de César favorable a la prisión perpetua y confiscación de bienes de los encartados, dijo el cónsul la cuarta y última Catilinaria, en la que, resumiendo las diversas opiniones emitidas, quiso persuadir al Senado de la necesidad de que se votase la muerte inmediata. Con todo, es posible que el criterio de César se hubiese impuesto, de no haber intervenido Catón. El Senado pronuncióse por la pena de muerte, que aquella noche misma fué ejecutada en la cárcel Mamertina. No mucho después, en enero del año 62, sucumbía Catilina en la batalla de Pistoya, derrotado por Petreyo, lugarteniente del cónsul Antonio.*

## ORATIO PRIMA IN CATILINAM.

I. Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quamdiu etiam<sup>1</sup> furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palatii,<sup>2</sup> nihil urbis vigiliae,<sup>3</sup> nihil timor populi, nihil concursus<sup>4</sup> bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus,<sup>5</sup> nihil horum<sup>6</sup> ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis? constrictam iam horum<sup>6</sup> omnium scientia teneri coniurationem tuam<sup>7</sup> non vides? Quid proxima, quid superiore nocte<sup>8</sup> egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

O tempora! o mores! Senatus haec intellegit, consul videt:

<sup>1</sup> *etiam*: «aun».

<sup>2</sup> *Palatii*: «del monte Palatino». Este monte dominaba el templo de «Iuppiter Stator», en donde Cicerón había reunido al Senado.

<sup>3</sup> *vigiliae*. Rondas nocturnas decretadas por el Senado.

<sup>4</sup> *concursum*: «afluencia». En efecto, muchos caballeros provistos de armas habíanse congregado alrededor del templo.

<sup>5</sup> *habendi senatus locus*. Gr. 154 c.

<sup>6</sup> *horum* («senatorum»).

<sup>7</sup> *tuam*: («tuorum»).

<sup>8</sup> *proxima...superiore nocte*: «anoche y antes de anoche», o sea la transcurrida del 7 al 8 de noviembre, que precedió inmediatamente a la sesión del Senado y la del 6 al 7, en que tuvo lugar la reunión de los conjurados en casa de Porcio Leca.

hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit,<sup>9</sup> fit publici consilii<sup>10</sup> particeps, notat et designat oculis ad caedem unumquemque nostrum. Nos autem, fortes viri, satisfacere rei publicae videmur, si istius<sup>11</sup> furorem ac tela vitemus.<sup>12</sup> Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis<sup>13</sup> iam pridem oportebat;<sup>14</sup> in te conferri pestem, quam tu in nos iamdiu machinaris. An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae, privatus interfecit,<sup>15</sup> Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium<sup>16</sup> novis rebus studentem<sup>17</sup> manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut<sup>18</sup> viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent. Habemus senatus consultum<sup>19</sup> in te, Catilina, vehemens et grave; non deest

<sup>9</sup> *in senatum venit*. Catilina, por haber sido pretor, tenía derecho a asistir a las sesiones senatoriales.

<sup>10</sup> *publici consilii*: «del interés público».

<sup>11</sup> *istius*. Gr. 187.

<sup>12</sup> *satisfacere...videmur* (497 b)...*si vitemus*. Gr. 534 B, obs. 1.

<sup>13</sup> *iussu consulis*. En virtud de un senado-consulta de 21 de octubre, que atribuyó a los cónsules una autoridad excepcional.

<sup>14</sup> *oportebat*: «habría convenido». Gr. 467.

<sup>15</sup> *P. Scipio...interfecit*. En el año 133, P. Escipión Nasica, pontífice máximo y, por consiguiente, "privatus", ya que el pontificado, cargo vitalicio, no era propiamente una magistratura, provocó en pleno Foro el tumulto en que halló la muerte (en 133 a. J. Cr.) el tribuno Tiberio Graco, que con sus proyectos agrarios intentaba reformar moderadamente ("mediocriter") la constitución ("statum") de la República.

<sup>16</sup> *C. Servilius Ahala Sp. Maelium*. El segundo de estos personajes, sospechoso de aspirar a la tiranía, fué conminado por el primero, "magister equitum" del dictador Cincinato, a comparecer ante éste, y halló la muerte al resistirse.

<sup>17</sup> *novis rebus studentem*: «que maquinaba proyectos revolucionarios».

<sup>18</sup> *ista...ut*. Proposición consecutiva. Gr. 530.

<sup>19</sup> *senatus consultum*. El de 21 de octubre antes aludido. "Senatus decrevit" —escribe Salustio, *Cat.* 29, 2— *darent operam consules, ne quid res publica detrimenti caperet*".

rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis: <sup>20</sup> nos, nos, dico aperte, consules desumus.<sup>21</sup>

II. Decrevit quondam <sup>22</sup> senatus ut L. Opimius <sup>23</sup> consul videret ne quid res publica detrimenti caperet: nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones <sup>24</sup> C. Gracchus, clarissimo patre, avo,<sup>25</sup> maioribus; occisus est cum liberis M. Fulvius,<sup>26</sup> consularis. Simili senatus consulto, C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa res publica. Num unum diem postea L. Saturninum, tribunum plebis, et C. Servilium, praetorem, mors ac rei publicae poena remorata est? <sup>27</sup> At vero nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum <sup>28</sup> auctoritatis. Habemus enim huiusmodi senatus consultum, verum inclusum in tabulis,<sup>29</sup> tamquam gladium in vagina reconditum, quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit.<sup>30</sup> Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres

<sup>20</sup> *huius ordinis*. El Senado.

<sup>21</sup> *desumus* (rei publicae)

<sup>22</sup> *quondam*. En el año 121.

<sup>23</sup> *L. Opimius*, colega de Q. Fabio Máximo; éste se hallaba entonces en lucha contra los Galos.

<sup>24</sup> *quasdam...suspiciones*. Cicerón atenúa en este ejemplo, como en los anteriores, la conducta de los Gracos, para que el rigor con que se les trató contrastase con la impunidad de Catilina.

<sup>25</sup> *patre, avo*. El padre de los Gracos fué Ti. Sempronio Graco, dos veces cónsul y, otras tantas, condecorado con el triunfo. La madre, Cornelia, era hija del primer Africano ("avo").

<sup>26</sup> *M. Fulvius*. M. Fulvio Flaco, muerto por Opimio después del combate del Aventino en que perecieron los amigos de C. Graco.

<sup>27</sup> *num...remorata est?* En el año 100 tuvo Mario que sitiar en el Capitolio a sus amigos el tribuno L. Saturnino y el pretor Servilio Glaucia, quienes habían asesinado en el Campo de Marte a C. Memio, aspirante como Glaucia al consulado. La muerte, pena legítima establecida en casos tales por el Estado ("mors ac rei publicae poena"), no se hizo esperar ([“non] remorata est”) ni un solo día.

<sup>28</sup> *horum*. Del Senado.

<sup>29</sup> *tabulis*: ("in tabulario"): «en el archivo». "Inclusum in tabulis": «archivado».

<sup>30</sup> *convenit* (perfecto): «hubiera convenido». Gr. 467.



conscripti, me esse clementem;<sup>31</sup> cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum videri, sed iam me ipse inertiae nequitiaeque<sup>32</sup> condemno. Castra sunt in Italia contra populum Romanum in Etruriae faucibus<sup>33</sup> collocata; crescit in dies singulos hostium numerus; eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia atque adeo in senatu videmus, intestinam aliquam cotidie perniciem rei publicae molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi ne non<sup>34</sup> hoc potius omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat.<sup>35</sup> Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficere, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur.<sup>36</sup> Quandiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives, sed vives ita, ut vivis, multis meis et firmis praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam possis. Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

III. Etenim quid est Catilina, quod<sup>37</sup> iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios nec privata domus parietibus continere voces coniurationis<sup>38</sup> tuae po-

<sup>31</sup> *cupio...me esse clementem* (Gr. pág. 342, nota 1); *cupio*. Asindetón adversativo: "cupio...at nolo dissolutum videri": «deseo...pero no quiero parecer negligente».

<sup>32</sup> *inertiae nequitiaeque*: «mi imperdonable inacción». Hendíadis. Para el genitivo, véase Gr. 430 a.

<sup>33</sup> *Etruriae faucibus*. El ejército reclutado por Manlio se hallaba concentrado en Faesulae (hoy Fiésolle), cerca de Florencia.

<sup>34</sup> *verendum mihi* (Gr. 432 f) *ne non*. Gr. 520 b.

<sup>35</sup> *ne...dicat*: "ne non omnes boni (dicant) hoc (factum esse) serius a me, potius quam quisquam dicat (factum esse) crudelius".

<sup>36</sup> *quis* ("ut is")...*fateatur*. Gr. 543, 1 c.

<sup>37</sup> *quid est...quod*: «¿qué motivo hay para que?»

<sup>38</sup> *coniurationis*: "coniuratorum".

test?<sup>39</sup> si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede; obliviscere caedis atque incendiorum.<sup>40</sup> Teneris undique; luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet recognoscas.<sup>41</sup>

Meministine me ante diem XII Kalendas Novembres<sup>42</sup> dicere<sup>43</sup> in senatu fore in armis certo die, qui dies futurus esset<sup>44</sup> ante diem VI Kalendas Novembres,<sup>45</sup> C. Manlium,<sup>46</sup> audaciae satellitem atque administrum tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu caedem te optimatum<sup>47</sup> contulisse in ante diem V Kalendas Novembres, tum cum multi principes civitatis Roma, non tam sui<sup>48</sup> conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num infitiri potes te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu, discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus,<sup>49</sup> caede te contentum esse dicebas? Quid? cum te Praeneste<sup>50</sup> Kalendis ipsis Novembribus occupaturum nocturno impetu esse confideres, sensistine illam coloniam meo iussu, meis praesidiis, custodiis, vigiliis es-

<sup>39</sup> *potest*. El indicativo, porque se trata de un hecho real y no de una simple hipótesis.

<sup>40</sup> *obliviscere...incendiorum*. Gr. 430 b.

<sup>41</sup> *licet recognoscas*. Gr. 524.

<sup>42</sup> *ante diem XII Kal. Nov.*: «el 21 de octubre».

<sup>43</sup> *me...dicere*. En las proposiciones de infinitivo dependientes de “mimini”, el pasado («decía») se expresa por medio del infinitivo presente. Gr. 493 a, obs.

<sup>44</sup> *futurus esset*. Gr. 550 c.

<sup>45</sup> *ante diem VI Kal. Nov.*: «el 27 de octubre».

<sup>46</sup> *Manlium*. Suj. de “fore”.

<sup>47</sup> *optimatum*. También se encuentra la forma “optimatum”.

<sup>48</sup> *sui*. Genitivo singular neutro de “suus”.

<sup>49</sup> *remansissemus*. Gr. 543, 3.

<sup>50</sup> *Praeneste*. Ciudad situada en el Lacio, a 34 kilómetros de Roma.

se munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas,<sup>51</sup> quod non ego non modo audiam, sed etiam videam planeque sentiam.

IV. Recognosce tandem mecum noctem illam superiorem:<sup>52</sup> iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore<sup>53</sup> nocte venisse inter falcarios,<sup>54</sup> (non agam obscure), in M. Laecae<sup>55</sup> domum; convenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque<sup>56</sup> socios. Num negare audes? Quid taces? Convincam, si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam,<sup>57</sup> qui tecum una fuerunt. O di immortales! ubinam gentium sumus?<sup>58</sup> in qua urbe vivimus? quam rem publicam<sup>59</sup> habemus? Hic, hic sunt in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitu,<sup>60</sup> qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitent. Hos ego video consul et de re publica setentiam rogo; et quos ferro trucidari oportebat, eos<sup>61</sup> nondum<sup>62</sup> voce vulnero. Fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina; distribuisti partes Italiae;<sup>63</sup> statuisti quo quemque proficisci placeret; delegisti quos Ro-

<sup>51</sup> *agis...moliris...cogitas*: «ejecutas..., preparas..., concibes».

<sup>52</sup> *noctem...superiorem*. La del 6 al 7 de noviembre.

<sup>53</sup> *priore*: "superiore".

<sup>54</sup> *inter falcarios*: «al barrio de los fabricantes de hoces».

<sup>55</sup> *M. Laecae*. M. Porcio Leca, senador.

<sup>56</sup> *amentiae scelerisque*: «de tu criminal locura». Hendíadis.

<sup>57</sup> *quosdam*. Salustio, *Cat.* 17, 3, cita los once siguientes: P. Léntulo Sura, P. Autronio, L. Casio Longino, C. Cetego, P. y Ser. Sula, L. Vargunteyo, Q. Anio, M. Porcio Leca, L. Bestia y Q. Curio.

<sup>58</sup> *ubinam gentium sumus?* Gr. 399.

<sup>59</sup> *rem publicam*: «gobierno».

<sup>60</sup> *de nostro omnium interitu*. El genitivo "omnium" concierta con el que está implícito en el adjetivo posesivo "nostro".

<sup>61</sup> *quos...eos*. Gr. 199 a.

<sup>62</sup> *nondum*: «por el momento». El cónsul, en efecto, «no los hiere con su palabra», es decir, no los cita "nominatim".

<sup>63</sup> *partes Italiae*. Catilina había enviado a varios de sus cómplices a diversas regiones de Italia para levantarlas en armas: a Septimio, C. Julio y Manlio al Piceno, Apulia y Etruria respectivamente (Salustio, *Cat.* 27, 1).

mae relinqueres, quos tecum educeres; discripsisti<sup>64</sup> urbis partes ad incendia; confirmasti te ipsum iam esse exiturum; dixisti paulum tibi esse etiam nunc morae,<sup>65</sup> quod ego viverem.<sup>66</sup> Reperti sunt duo equites Romani,<sup>67</sup> qui te ista cura liberarent<sup>66</sup> et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfekturos esse pollicerentur.<sup>69</sup> Haec ego omnia, vixdum etiam coetu vestro dimisso, comperi;<sup>70</sup> domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi; exclusi eos, quos tu ad me salutatum mane miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis<sup>71</sup> venturos esse praedixeram.

V. Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti: egredere aliquando ex urbe; patent portae: proficiscere. Nimum diu te imperatorem<sup>72</sup> tua illa Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos; si minus,<sup>73</sup> quam plurimos: purga urbem. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam.

Magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, gratia, quod hanc

<sup>64</sup> *discripsisti*, "Discribere": «asignar, distribuir». "describere": «describir».

<sup>65</sup> *paulum...morae*. Gr. 428 d.

<sup>66</sup> *quod...viverem*. Gr. 527.

<sup>67</sup> *duo equites Romani*. Cfr. Salustio, *Cat.* 28, 1: *C. Cornelius...et...L. Vargunteius senator constituere ea nocte paulo post cum armatis hominibus sicuti salutatum (Gr. 156 a) introire ad Ciceronem ac de improvise domi suae imparatum confodere.*

<sup>68</sup> *qui...liberarent*. Gr. 543 1, b.

<sup>69</sup> *interfecturos esse pollicerentur*. Gr. 493 b.

<sup>70</sup> *comperi*. Por medio de Q. Curio, uno de los conjurados, y de Fulvia, su amante, Salustio, *Cat.* 28, 2; "*Curius ubi intellegit quantum periculum consuli impendat, prope per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enuntiat. Ita illi [C. Cornelius et L. Vargunteius] ianua prohibiti, tantum facinus frustra susceperant.*"

<sup>71</sup> *id temporis*: "eo tempore". Gr. 417, nota 2.

<sup>72</sup> *imperatorem*: «como jefe». Predicado. Gr. 419.

<sup>73</sup> *si minus*: "si non".

tam taetram, tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus. Non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae.<sup>74</sup> Quandiu mihi, consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata diligentia defendi. Cum proximis comitiis consularibus<sup>75</sup> me consulem in Campo<sup>76</sup> et competidores<sup>77</sup> tuos interficere voluisti, compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis, nullo tumultu publice<sup>78</sup> concitato; denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam. Nunc iam aperte rem publicam universam petis: templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam, ad exitium et vastitatem vocas. Quare quoniam id,<sup>79</sup> quod est primum et quod huius imperii<sup>80</sup> disciplinaeque maiorum proprium est, facere nondum audeo,<sup>81</sup> faciam id, quod est ad severitatem lenius et ad communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus; sin tu, quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur<sup>82</sup> ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae. Quid est, Catilina? num dubitas id, me imperante, facere,<sup>83</sup> quod iam tua sponte

<sup>74</sup> *non...rei publicae*: "salus summa rei publicae non periclitanda est saepius in («por causa de», «por culpa de») uno homine" (Catilina).

<sup>75</sup> *proximis comitiis consularibus*. Los comicios consulares reunidos el 21 de octubre y en los que habían sido elegidos Lucio Murena y Decio Silano.

<sup>76</sup> *Campo* ("Martio").

<sup>77</sup> *competidores*. Los citados en la nota 75 y, además, Servio Sulpicio.

<sup>78</sup> *publice*: «oficialmente».

<sup>79</sup> *id*. La detención y suplicio de Catilina.

<sup>80</sup> *huius imperii*. La autoridad consular y el poder excepcional atribuido a los cónsules por el Senado consulto ya citado.

<sup>81</sup> *facere audeo*. Gr. 472 a.

<sup>82</sup> *iussero...residebit; exieris...exaudietur*. Gr. 534 A, 2 b.

<sup>83</sup> *dubitas...facere*. Gr. 523 c.

faciebas? <sup>84</sup> Exire ex urbe iubet consul hostem. Interrogas me, num in exsilium? <sup>85</sup> Non iubeo, sed, si me consulis, suadeo.

VI. Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est, extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui non oderit. Quae nota domesticae turpitudinis non inusta <sup>86</sup> vitae tuae <sup>87</sup> est? quod privatarum rerum dedecus non haeret in fama? quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore afuit? cui tu adulescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferum aut ad libidinem facem praetulisti? <sup>88</sup> Quid vero? nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis <sup>89</sup> domum vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere <sup>90</sup> hoc scelus cumulas-ti? Quod ego praetermitto et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes proximis Idibus <sup>91</sup> tibi impendere senties: ad illa venio, quae non ad privatam <sup>92</sup> ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad sum-

<sup>84</sup> *faciebas*: "facere volebas". Gr. 461.

<sup>85</sup> *num in exsilium* ("iubeat consul Catilinam exire?")

<sup>86</sup> *inusta*. Las infamias y torpezas de Catilina lo han marcado al rojo vivo, como se hacía con los esclavos fugitivos.

<sup>87</sup> *vitae tuae*. Gr. 431 c.

<sup>88</sup> *facem praetulisti*: «llevaste delante una antorcha», «enseñaste el camino».

<sup>89</sup> *novis nuptiis*. Dativo. La segunda mujer de Catilina fué Aurelia Orestila.

<sup>90</sup> *alio... scelere*. Alusión a la muerte del propio hijo del conjurado, recogida también por Salustio, *Cat* 15, 3: "*postremo captus amore Aureliae Orestillae, cuius praeter formam nihil unquam bonus laudavit, quod ea nubere illi (Gr. 431 b) dubitabat, timens privignum adulta aetate, pro certo creditur necato filio vacuum scelestis nuptiis fecisse*".

<sup>91</sup> *idibus*. El día 13 de noviembre. Era costumbre que los deudores abonasen en dicho día los intereses o reintegrasen el importe de los préstamos vencidos el primero de mes.

<sup>92</sup> *privatam*: «personal».

mam rem publicam<sup>93</sup> atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse horum neminem, qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias,<sup>94</sup> Lepido et Tullo consulibus,<sup>95</sup> stetisse in comitio<sup>96</sup> cum telo? manum consulum et principum civitatis interficiendorum causa paravisse? sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam illa omitto: neque enim sunt aut obscura aut non multa commissa postea. Quotiens tu me designatum, quotiens me consulem interficere conatus es! quot ego tuas petitiones<sup>97</sup> ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione<sup>98</sup> et, ut aiunt, corpore<sup>99</sup> effugi! Nihil agis, nihil assequeris, neque tamen conari ac vellem desistis. Quotiens tibi iam extorta est ista sica de manibus! quotiens excidit casu aliquo et elapsa est! quae quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere.<sup>100</sup>

VII. Nunc vero, quae tua est ista vita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo,<sup>101</sup> sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam

<sup>93</sup> *summam rem publicam*: "summam salutem rei publicae": «el interés supremo del Estado».

<sup>94</sup> *pridie Kalendas Ianuarias*: «el 31 de diciembre del año 66».

<sup>95</sup> *Lepido et Tullo consulibus*. Los nuevos cónsules, que habían de posesionarse en 1º de enero del 65, eran L. Cota y C. Torcuato.

<sup>96</sup> *comitio*. Esta palabra designa el sitio en que se celebraba la asamblea del pueblo.

<sup>97</sup> *petitiones*: «ataques».

<sup>98</sup> *declinatione*: «desviación».

<sup>99</sup> *corpore*: «hurtando el cuerpo».

<sup>100</sup> *quod...defigere*: "quod putas necesse esse eam defigere in corpore consulis".

<sup>101</sup> *debeo*. Gr. 467.

contigit nemini, vocis<sup>102</sup> expectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis<sup>103</sup> oppressus? Quid? quod<sup>104</sup> adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares, qui tibi<sup>105</sup> persaepe ad caedem constituti fuerunt,<sup>106</sup> simul atque adsedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem<sup>107</sup> reliquerunt, quo tandem animo hoc<sup>108</sup> tibi<sup>109</sup> ferendum putas?

Servi mehercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui,<sup>110</sup> domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem<sup>111</sup> non arbitraris? Et, si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, cedere me adspectu civium, quam infestis omnium oculis conspici mellem; tu, cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum et iamdiu tibi debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum<sup>112</sup> adspectum praesentiamque vitare?

Si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo<sup>113</sup> concederes; nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et iamdiu nihil<sup>114</sup> te iudicat nisi de par-

<sup>102</sup> *vocis*: "verborum".

<sup>103</sup> *gravissimo...taciturnitatis*: «el severísimo juicio del silencio».

<sup>104</sup> *quod*. Gr. 499.

<sup>105</sup> *tibi*: "a te". Gr. 432 f.

<sup>106</sup> *fuerunt*: «estuvieron designados». Gr. 476 d. Cfr. Pro Archia, VII, 15: "illi...summi viri... istane doctrina...eruditi fuerunt?"

<sup>107</sup> *nudam atque inanem*. Predicados de "partem". Gr. 419.

<sup>108</sup> *hoc*. Gr. 501. Algunas ediciones suprimen la interrogación después de "quid" y la colocan detrás de "reliquerunt", poniendo "hoc" entre corchetes, como si fuese una glosa. Entonces "quid quod" significaría algo así como «¿y qué dirás al ver?», Gr. 209.

<sup>109</sup> *tibi*. Gr. 432 f.

<sup>110</sup> *cives tui*: «tus conciudadanos».

<sup>111</sup> *urbem* ("relinquendam").

<sup>112</sup> *quorum...eorum*: "dubitas vitare adspectum praesentiamque eorum, quorum", etc. Gr. 199 b.

<sup>113</sup> *aliquo* (adv.): «a alguna parte».

<sup>114</sup> *nihil*: "de nulla re".

ricidio suo cogitare; huius tu neque auctoritatem verebere nec iudicium sequere nec vim pertimesces? Quae tecum, Catilina, sic agit et quodam modo<sup>115</sup> tacita loquitur: "Nullum iam aliquot annis facinus exstitit, nisi per te; nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium neces,<sup>116</sup> tibi vexatio direptioque sociorum<sup>117</sup> impunita fuit<sup>118</sup> ac libera: tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones,<sup>119</sup> verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli: nunc vero me totam esse in metu propter unum te; quidquid increpuerit, Catilinam timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod<sup>120</sup> a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quam ob rem discede atque hunc mihi<sup>121</sup> timorem eripe: si est verus,<sup>122</sup> ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam".

VIII. Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare<sup>124</sup> debeat, etiam si vim adhibere non possit?

Quid? quod<sup>125</sup> tu te ipse in custodiam<sup>126</sup> dedisti? quod vitandae suspicionis causa ad M' Lepidum<sup>127</sup> te habitare velle dixisti? A quo non receptus, etiam ad me venire ausus es at-

<sup>115</sup> *quodam modo*: «por así decirlo».

<sup>116</sup> *neces*. Durante las proscripciones de Sila.

<sup>117</sup> *vexatio direptioque sociorum*. Alusión a los excesos cometidos por Catilina en Africa durante su pretura.

<sup>118</sup> *impunita* (adj.) *fuit*. Para el singular, Gr. 165, obs. 1.

<sup>119</sup> *leges et quaestiones*: «las leyes y los tribunales».

<sup>120</sup> *quod*. Relativo, cuyo antecedente es "nullum consilium".

<sup>121</sup> *mihi*. Gr. 432 e.

<sup>122</sup> *verus* ("hic timor").

<sup>123</sup> *sin*. Gr. 536, 4.

<sup>124</sup> *impetrare* ("ut abeas").

<sup>125</sup> *quod*. Gr. 209.

<sup>126</sup> *in custodiam*: "in liberam custodiam". Al conocerse las actividades de Manlio en Etruria, fué Catilina acusado "de vi" por L. Emilio Paulo y para sustraerse al proceso se puso, según la costumbre Romana, bajo la vigilancia de un ciudadano notable.

<sup>127</sup> *ad*: ("apud") M'. *Lepidum*. Manio Emilio Lépido, cónsul en el año 66.

que, ut domi meae te asservarem, rogasti. Cum a me quoque id<sup>128</sup> responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem, quod iisdem moenibus containeremur,<sup>129</sup> ad Q. Metellum<sup>130</sup> praetorem venisti: a quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum, M. Metellum, demigrasti; quem tu videlicet et ad custodiendum diligentissimum et ad suspicandum sagacissimum et ad vindicandum fortissimum fore putasti.<sup>131</sup> Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis<sup>132</sup> abesse debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicavit? Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si emori aequo animo non potes, abire<sup>133</sup> in aliquas terras et vitam istam multis suppliciis iustis debitisque<sup>134</sup> ereptam, fugae solitudinique mandare?

Refer, inquis, ad senatum. Id enim postulas et, si hic ordo placere decreverit te ire in exilium, obtemperatum te esse dicis. Non referam id quod<sup>135</sup> abhorret a meis moribus, et tamen faciam ut intellegas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina; libera rem publicam metu; in exilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicias? At si hoc idem huic adolescenti optimo,

<sup>128</sup> *id.* Gr. 524 a.

<sup>129</sup> *qui...essem* (Gr. 543, 1 a)...*containeremur*: «puesto que ya estaba en gran peligro por residir dentro de los mismos muros».

<sup>130</sup> *Q. Metellum*, Q. Metelo, sobrenombrado "Celer".

<sup>131</sup> *ad sodalem...putasti*. Es fácil percibir el sentido irónico de este pasaje.

<sup>132</sup> *a carcere atque a vinculis*. La prisión verdadera, contrapuesta a ("libera") "custodia".

<sup>133</sup> *dubitas...abire*. Gr. 523 c.

<sup>134</sup> *multis...debitisque*. Dativos. Gr. 432 e.

<sup>135</sup> *non referam id quod*. El Senado, por lo demás, no podía tomar una decisión privativa de los tribunales de justicia.

P. Sestio,<sup>136</sup> si fortissimo viro, M. Marcello,<sup>137</sup> dixissem, iam mihi consuli, hoc ipso in templo, iure optimo senatus vim et manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant; cum patiuntur, decernunt; cum tacent, clamant; neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara,<sup>138</sup> vita vilissima, sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo ante exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te iamdiu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam, ut te haec<sup>139</sup> quae vastare iam pridem studes, relinquentem usque ad portas prosequantur.<sup>140</sup>

IX. Quamquam<sup>141</sup> quid loquor? Te ut ulla res frangat?<sup>142</sup> tu ut umquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditare? tu ut ullum exsilium cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint!<sup>143</sup> Tametsi video, si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae nobis, si minus<sup>14</sup> in praesens tempus, recenti memoria scelerum tuorum,

<sup>136</sup> P. Sestio. Cuestor de M. Antonio, colega en el consulado de Cicerón y partidario de éste.

<sup>137</sup> M. Marcello. Se trata probablemente del mismo personaje por quien abogó Cicerón elocuentemente ante César, después de Farsalia. Fué cónsul en el año 51.

<sup>138</sup> cara. Ironía. Si Catilina ha pedido, en efecto, que su asunto se tratase ante el Senado es porque respetaba la autoridad de éste.

<sup>139</sup> haec ("loca").

<sup>140</sup> ut...prosequantur: "ut prosequantur usque ad portas te relinquentem haec, quae studes"...

<sup>141</sup> quamquam. Gr. 537 b.

<sup>142</sup> te...frangat: "fierine potest te ut ulla res frangat?" «¿es posible que algo te conmueva?», «¿conmoverte tú?» La misma elipsis se da en las tres interrogaciones siguientes. Gr. 142, nota II.

<sup>143</sup> duint. Forma arcaica por "dent".

<sup>144</sup> si minus: "si non".

at in posteritatem impendeat.<sup>145</sup> Sed est tanti,<sup>146</sup> dummodo ista sit privata calamitas et a rei publicae periculis seiungatur. Sed tu ut <sup>147</sup> vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus <sup>148</sup> rei publicae cedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut <sup>149</sup> te aut pudor unquam a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore revocarit.<sup>150</sup> Quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscere; ac, si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis invidiam, recta <sup>151</sup> perge in exilium; vix feram sermones hominum, si id feceris; vix molem istius invidiae, si in exilium iussu consulis ieris, sustinebo.<sup>152</sup> Sin autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importuna <sup>153</sup> sceleratorum manu, confer te ad Manlium, concitata perditos cives, secerne te a bonis, infer patriae bellum, exsulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris. Quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium <sup>154</sup> praetolarentur armati, cui sciam pactam et constitutam <sup>155</sup> cum

<sup>145</sup> *quanta tempestas...in posteritatem impendeat.* Cicerón preveía acertadamente lo que le había de ocurrir. Pocos días después, los amigos de Catilina le impidieron pronunciar el discurso final de su consulado y cuatro años más tarde salió desterrado “quod indemnatos cives necavisset”. Sobre “si induxeris...impendeat”, Gr. 534 B.

<sup>146</sup> *sed est tanti* (“ut hoc periculum adeam o mihi hanc invidiam sustinere”): «pero vale la pena afrontar el riesgo».

<sup>147</sup> *ut.* Depende de “non est postulandum”.

<sup>148</sup> *temporibus:* «las circunstancias».

<sup>149</sup> *is...ut.* Gr. 530.

<sup>150</sup> *is es...ut revocarit.* Con arreglo a la consecutio. Para los casos de derogación, Gr. 532.

<sup>151</sup> *recta:* «derechamente».

<sup>152</sup> *feram...si feceris...si ieris sustinebo.* Gr. 534 A, b.

<sup>153</sup> *importuna:* «peligrosa».

<sup>154</sup> *Forum Aurelium.* Ciudad de Etruria.

<sup>155</sup> *constitutam* (“esse”).

Manlio diem? a quo etiam aquilam illam argenteam,<sup>156</sup> quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui<sup>157</sup> domi tuae sacrarium constitutum fuit,<sup>158</sup> sciam esse praemissam? Tu ut illa carere diutius possis,<sup>159</sup> quam venerari ad caedem proficiscens<sup>160</sup> solebas, a cuius altaribus<sup>161</sup> saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti?

X. Ibis tandem aliquando, quo te iam pridem ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi haec res<sup>162</sup> affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Nunquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium, concupisti. Nactus es ex perditis atque ab omni, non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam improborum manum.<sup>163</sup> Hic tu qua laetitia perfruere, quibus gaudiis exsultabis, quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis! Ad huius vitae studium meditati illi sunt,<sup>164</sup> qui feruntur,<sup>165</sup> labores tui. . . Habes, ubi<sup>166</sup> ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, qui-

<sup>156</sup> *aquilam illam* (Gr. 190) *argenteam*. Cfr. Salustio, "Cat. 59, 3: ipse... propter aquilam adstitit (en la batalla de Pistoia, donde murió), quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur". El águila de plata con las alas abiertas fué adoptada como insignia por las legiones Romanas a raíz del segundo consulado de Mario (102 a. J. C.)

<sup>157</sup> *cui* ("aquilae").

<sup>158</sup> *constitutum fuit*. Gr. 476 d.

<sup>159</sup> *tu ut...carere...possis*: «¿poder privarte tú?» Gr. 142, a, nota II.

<sup>160</sup> *proficiscens*. Gr. 480 a.

<sup>161</sup> *altaribus*. Tradúzcase como singular, pues esta palabra sólo tiene plural en el latín clásico.

<sup>162</sup> *haec res*. La salida de Roma, la guerra civil.

<sup>163</sup> *nactus es...manum*: "ex (hominibus) perditis atque derelictis non modo ab omni fortuna, verum etiam (ab omni) spe".

<sup>164</sup> *meditati...sunt*: «iban encaminados».

<sup>165</sup> *qui feruntur* (lit.: «que van de un lado para otro», «que andan en boca de todos»): «tan elogiados».

<sup>166</sup> *ubi*: "locum in quo".

bus te brevi tempore confectum esse senties.<sup>167</sup> Tantum profecti tum, cum te a consulatu reppuli, ut exsul potius temptare quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id, quod esset a te scelerate susceptum, latrocinium potius quam bellum<sup>168</sup> nominaretur.

XI. Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecet,<sup>169</sup> percipite, quaeso, diligenter, quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim si mecum patria, quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica sic loquatur: “M. Tulli, quid agis? Tunc eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum<sup>170</sup> vides, quem expectari imperatorem<sup>171</sup> in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum et civium perditorum, exire patiere, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus<sup>172</sup> in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincla duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?<sup>173</sup> Quid tandem te impedit? Mosne maiorum? At persaepe etiam privati in hac re publica perniciosos cives morte multarunt.<sup>174</sup> An leges,<sup>175</sup> quae de civium Romanorum supplicio ro-

<sup>167</sup> *quibus...senties*: «por las que te verás dentro de poco agobiado».

<sup>168</sup> *bellum*. No siendo cónsul Catilina, ni estando por consiguiente investido del *imperium*, el alzamiento que meditaba no podía llamarse «guerra».

<sup>169</sup> *ut a me...detester ac deprecet*: «para apartar y alejar de mí». Los dos verbos son casi sinónimos.

<sup>170</sup> *futurum* (“esse”).

<sup>171</sup> *imperatorem...auctorem*. Predicados acusativos. Gr. 419.

<sup>172</sup> *immissus*. Catilina, en efecto, una vez triunfante había de volver a Roma para saquearla.

<sup>173</sup> *duci...mactari imperabis?* Gr. 514.

<sup>174</sup> *morte multarunt*. Gr. 430, 2.

<sup>175</sup> *leges*. Ningún ciudadano Romano podía ser golpeado ni muerto sin dársele la posibilidad de apelar al pueblo en última instancia. Las disposiciones que amparaban este derecho y a las cuales alude aquí Cicerón eran las “*leges Valeriae*”, las “*leges Porciae*”, debidas en 199 al tribuno P. Porcio Leca y la “*lex Sempronia*”, obra de C. Graco.

gatae sunt? At numquam in hac urbe, qui a re publica defecerunt, civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? Praeclaram vero populo Romano refers gratiam,<sup>176</sup> qui te, hominem per te cognitum,<sup>177</sup> nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium<sup>178</sup> per omnes honorum gradus<sup>179</sup> extulit, si propter invidiae aut alicuius periculi metum, salutem civium tuorum neglegis. Sed si quis est invidiae metus, non est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia quam inertiae ac nequitiae pertimescenda? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum?" XII. His ego sanctissimis rei publicae vocibus et eorum hominum, qui hoc idem sentiunt, mentibus pauca respondebo.

Ego, si hoc<sup>180</sup> optimum factu iudicarem, patres conscripti, Catilinam morte multari, unius usuram horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem.<sup>181</sup> Etenim, si summi viri et clarissimi cives<sup>182</sup> Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt, certe verendum mihi non<sup>183</sup> erat ne quid, hoc paricida civium interfecto, invidiae<sup>184</sup> mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo fui semper, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putarem. Quamquam non nulli sunt in hoc ordine, qui aut ea,

<sup>176</sup> *praeclaram...gratiam*: «buena manera de mostrar tu gratitud».

<sup>177</sup> *cognitum*. No se olvide que Cicerón era "homo novus", sin antepasados que hubiesen desempeñado cargos públicos, es decir, "nulla commendatione maiorum".

<sup>178</sup> *summum imperium*. El consulado.

<sup>179</sup> *honorum gradus*. Cuestura, edilidad y pretura.

<sup>180</sup> *hoc*. Anuncia la proposición infinitiva siguiente. Gr. 524 a.

<sup>181</sup> *si iudicarem...dedissem*. Gr. 534 C, obs. a.

<sup>182</sup> *clarissimi cives*. Alude a Mario, Escipión Nasica y L. Opimio.

<sup>183</sup> *verendum mihi* (Gr. 432 f)...*ne*. Gr. 520 a.

<sup>184</sup> *quid...invidiae*. Gr. 428 d.

quae imminet, non videant,<sup>185</sup> aut ea, quae vident, dissimulent; qui spem Catalinae mollibus sententiis aluerunt coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt; quorum auctoritate multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie<sup>186</sup> factum esse dicerent. Nunc intellego, si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore,<sup>187</sup> qui non videat coniurationem esse factam, neminem tam improbum, qui non fateatur.<sup>188</sup>

Hoc autem uno interfecto, intellego hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quod si se eiecerit secumque suos eduxerit et eodem<sup>189</sup> ceteros undique collectos naufragos aggregarit, exstinguetur atque delebitur non modo haec tam adulta rei publicae pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.

XIII. Etenim iamdiu,<sup>190</sup> patres conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur, sed, nescio quo pacto, omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latrocinio<sup>191</sup> iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati; periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique<sup>192</sup> iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur, sic<sup>193</sup> hic morbus,

<sup>185</sup> *qui...non videant*: "tales ut"... Gr. 543 c.

<sup>186</sup> *regie*: «tiránicamente».

<sup>187</sup> *pervenerit...fore*. Gr. 551 a.

<sup>188</sup> *tam...qui non videat...fateatur*. Gr. 543 c.

<sup>189</sup> *eodem*. Adverbio de lugar.

<sup>190</sup> *iamdiu*. Desde el año 66, según el orador.

<sup>191</sup> *ex tanto latrocinio*: "ex tot latronibus".

<sup>192</sup> *aestu febrique*: «por el ardor de la fiebre». Hendíadis.

<sup>193</sup> *ut...sic*. Gr. 538 a.

qui est in re publica, relevatus istius poena, vehementius, reliquis vivis,<sup>194</sup> ingravescet.

Quare secedant improbi, secernant<sup>195</sup> se a bonis, unum in locum congregentur, muro denique, quod saepe iam dixi, secernantur a nobis; desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani,<sup>196</sup> obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare; sit denique inscriptum in fronte uniuscuiusque quid de re publica sentiat. Polliceor vobis hoc,<sup>197</sup> patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem,<sup>198</sup> ut Catilinae profecione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

Hisce ominibus,<sup>199</sup> Catilina, cum<sup>200</sup> summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tu, Iuppiter,<sup>201</sup> qui iisdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulo es constitutus, quem Statorem huius urbis atque imperii vere nominamus, hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis, et homines bonorum inimicos, hostes patriae, latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos, aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

<sup>194</sup> *reliquis vivis*: «si quedan los demás con vida». Abl. absoluto condicional. Gr. 454 d.

<sup>195</sup> *secedant...secernant*, etc. Gr. 142 c.

<sup>196</sup> *praetoris urbani*. Este funcionario tenía a su cargo especialmente la justicia. Lo era en aquel entonces L. Valerio Flaco.

<sup>197</sup> *hoc*. Gr. 524 a.

<sup>198</sup> *tantam...consensionem*: «tan estrecha unión».

<sup>199</sup> *hisce ominibus*: «con tales presagios».

<sup>200</sup> *cum*. Gr. 447 b.

<sup>201</sup> *Iuppiter*. Cicerón se dirige a la estatua de "Iuppiter Stator", allí presente.

## CORRESPONDENCIA

La correspondencia de Cicerón ha llegado hasta nosotros contenida en las siguientes compilaciones: *a.* Dieciséis libros de cartas dirigidas a Tito Pomponio Atico, que fueron publicadas por el propio destinatario poco antes de su muerte; *b.* Dieciséis libros *Ad Familiares*, probablemente publicados por Tulio Tirón, entre la muerte de Cicerón y los comienzos del reinado de Augusto; *c.* Tres libros constituídos por las dirigidas a su hermano Quinto; *d.* Dos libros de cartas a Bruto, cuya autenticidad, especialmente las del segundo, ha sido puesta en tela de juicio por la crítica moderna.

La correspondencia ciceroniana es documento inapreciable, no sólo para la comprensión de la historia íntima de Roma, de sus partidos y de sus hombres, en el período comprendido entre los años 68 y 43, sino, especialmente las dirigidas a Atico, para conocer el carácter, los pensamientos, los planes, las esperanzas y las penas del gran orador Romano. Lo que distingue a Cicerón, escribe Schwartz,<sup>1</sup> "es la admirable franqueza con que, en sus cartas al amigo, se revela tal como era en su interior. Nada de actitudes consulares y senatoriales. Aquí no aparece el abogado famoso ni el celebrado orador, ni siquiera el filó-

<sup>1</sup> Eduardo Schwartz, *Figuras del mundo antiguo*, traducción de J. R. Pérez Bances. Madrid, Revista de Occidente, 1925, págs. 147-148.

sofo que desprecia el mundo o el hombre de sociedad agudo y ocurrente. Aquí Cicerón es sencillamente Cicerón: un Cicerón que valía mucho más de lo que dejan vislumbrar los distintos disfraces que le impuso el destino. Y, consciente de ello, no vacila en desnudarse por una vez, aun cuando los rasgos vivos que deja visibles no tengan nada de imponentes y majestuosos. Sólo un hombre que ha llegado a la total autonomía interior es capaz de semejante franqueza. Las almas plebeyas que viven de sentimientos e ideas prestados, no pueden quitarse nunca la carátula del comediante. Por eso Cicerón ha merecido la fortuna de perdurar como hombre a la par que como escritor”.

Las cartas 1 y 2 de nuestra selección corresponden a la época del destierro de Cicerón de Roma, por obra de Clodio, su implacable enemigo. Las señaladas con los números 3, 8, 9 y 10, pertenecen a la clase de las llamadas “comendaticias.” Las epístolas 4 y 5, dirigidas a Tulio Tirón, ponen de manifiesto la profunda estimación del orador Romano hacia su liberto y secretario, a la sazón enfermo. La que lleva el número 6, escrita después de la batalla de Farsalia, refleja las inquietudes de su autor ante la marcha futura de los acontecimientos políticos. En la carta 7, enderezada a Terencia, de la que tres años más tarde (46) había de divorciarse, se contienen diversos consejos acerca de su salud y seguridad. La última de todas es expresión insuperable del dolor sereno de Cicerón ante la muerte de su hija Tulia.

A la mejor inteligencia de las Cartas de Cicerón ayudará mucho la lectura de la preciosa obra de Gastón Boissier, *Cicerón et ses amis*, Paris, Hachette, 1877.

1.

*A Attico.*

10 de abril de 58<sup>1</sup>

Cicero Attico sal.

Terentia tibi et saepe et maximas agit gratias. Id est mihi gratissimum. Ego vivo miserrimus et maximo dolore conficior. Ad te quid scribam nescio. Si enim es Romae, iam me assequi non potes; sin es in via, cum eris me assecutus, coram agemus quae erunt agenda. Tantum te oro, ut quoniam me ipsum semper amasti, ut<sup>2</sup> eodem amore sis. Ego enim idem sum; inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. Cura ut valeas. Data IV Id. Apr.,<sup>3</sup> Thuriis.<sup>4</sup>

Ad Atticum, III, 5.

<sup>1</sup> Escrita durante el viaje de Cicerón a Brindis.

<sup>2</sup> *ut...ut*. Repetición familiar.

<sup>3</sup> *IV. Id. Apr.*: "quarto die ante Idus Apriles".

<sup>4</sup> *Thuriis*. Puerto de Lucania.

*A Terencia y a sus hijos.*30 de abril de 58<sup>5</sup>

Tullius S. D. Terentiae et Tulliae et Ciceroni suis.

1.—Ego minus saepe do ad vos litteras quam possum, propterea quod cum omnia mihi tempora sunt misera, tum<sup>6</sup> vero, cum aut scribo ad vos aut vestras<sup>7</sup> lego, conficior lacrimis sic, ut ferre non possim. Quod<sup>8</sup> utinam minus vitae cupidi fuissetus! Certe nihil aut non multum in vita mali<sup>9</sup> vidissemus. Quod si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis; si<sup>10</sup> haec mala fixa sunt, ego vero te quam primum, mea vita,<sup>11</sup> cupio videre et in tuo complexu emori, quoniam neque di, quos tu castissime coluisti, neque homines, quibus ego semper servivi, nobis gratiam rettulerunt.

<sup>5</sup> Carta escrita en Brindis en vísperas del viaje de Cicerón a Oriente.

<sup>6</sup> *cum...tum*. Gr. 261.

<sup>7</sup> *vestras* ("litteras").

<sup>8</sup> *quod*. Expletivo, como en "quod si".

<sup>9</sup> *mali*. Depende de "nihil"..."multum". Gr. 428 d.

<sup>10</sup> *si*. Asíndeton adversativo.

<sup>11</sup> *mea vita*. Expresión de ternura, referida a Terencia.

2.—Nos Brundisi<sup>12</sup> apud M. Laenium Flaccum dies XIII fuimus,<sup>13</sup> virum optimum, qui periculum fortunarum et capitis sui<sup>14</sup> prae<sup>15</sup> mea salute neglexit neque legis improbissimae poena deductus est, quominus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret. Huic utinam aliquando gratiam referre possimus! habebimus quidem semper.

3.—Brundisio profecti sumus<sup>16</sup> a. d. II Kalendas Maias; <sup>17</sup> per Macedoniam Cyzicum<sup>18</sup> petebamus. O me perditum, o afflictum! quid nunc rogem te, ut venias, mulierem aegram et corpore et animo confectam? Non rogem?<sup>19</sup> sine te igitur sim? Opinor, sic agam: si est spes nostri reditus, eam confirmes et rem adiuves;<sup>22</sup> sin, ut ego metuo, transactum est, quoquo modo potes, ad me fac venias.<sup>21</sup> Unum hoc scito: si te habebis, non mihi videbor plane perisse. Sed quid Tulliola mea fiet? Iam id vos videte; mihi deest consilium. Sed certe, quoquo modo se res habebit, illius misellae et matrimonio<sup>22</sup> et famae serviendum est.<sup>23</sup> Quid? Cicero<sup>24</sup> meus quid aget? Iste vero sit in sinu semper et complexu meo. Non queo plura iam scribere; impedit maeror.

<sup>12</sup> *Brundisi*. Puerto de Calabria.

<sup>13</sup> *fuimus*. Estilo epistolar. Cicerón en el momento de escribir esta carta se hallaba aún en casa de su amigo. Gr. 464.

<sup>14</sup> *periculum...capitis sui*: "el peligro en que ponía su hacienda y su persona". El decreto ("legis") de expulsión prohibía dar asilo y protección al desterrado a quinientos mil pasos de Roma.

<sup>15</sup> *prae*. Gr. 253, 7 b.

<sup>16</sup> *profecti sumus*. Estilo epistolar. En realidad Cicerón no había salido aún de Brindis.

<sup>17</sup> *a. d. II Kalendas Maias*: "el 27 de abril".

<sup>18</sup> *Cyzicum*. En el Asia Menor. Cicerón no pasó de Tesalónica.

<sup>19</sup> *rogem*: "¿no te lo he de rogar?" Subj. deliberativo. Gr. 142 c.

<sup>20</sup> *si est...confirmes et adiuves*. Gr. 534 A, obs. b.

<sup>21</sup> *fac venias*. Gr. 524.

<sup>22</sup> *matrimonio*. Tullia se había casado, en el año 64, a los 13 de edad, con L. Calpurnius Piso Frugi que falleció durante el destierro de su suegro.

<sup>23</sup> *serviendum est*: "razón es mirar por el matrimonio y fama de la cuatadilla".

<sup>24</sup> *Cicero*. Marco, hijo de Cicerón.

Tu quid egeris nescio; utrum aliquid teneas,<sup>25</sup> an, quod metuo, plane sis spoliata.

4.—Pisonem, ut scribis, spero fore semper nostrum. De familia liberata<sup>26</sup> nihil est quod te moveat. Primum tuis<sup>27</sup> ita promissum est, te facturam esse, ut quisque esset meritus; est autem in officio adhuc Orpheus, praeterea magnopere nemo; ceterorum servorum ea causa est, ut, si res a nobis abisset,<sup>28</sup> liberti nostri essent, si obtinere potuissent; sin ad nos pertinerent,<sup>29</sup> servirent praeterquam oppido<sup>30</sup> pauci.<sup>31</sup> Sed haec minora sunt.

5.—Tu quod me hortaris, ut animo sim magno et spem habeam recuperanda salutis, id velim sit eius modi, ut recte sperare possimus. Nunc miser quando tuas iam litteras accipiam? quis ad me perferet? Quas ego exspectassem Brundisi, si esset licitum per nautas, qui tempestatem<sup>32</sup> praetermittere noluerunt. Quod reliquum est, sustenta te, mea Terentia, ut potes honestissime. Viximus, floruimus; non vitium nostrum, sed virtus nostra nos afflixit; peccatum est nullum, nisi quod non una<sup>33</sup> animam cum ornamentis amisimus. Sed si hoc<sup>34</sup> fuit liberis nostris gratius, nos vivere, cetera, quamquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego, qui te confirmo, ipse me non possum.

<sup>25</sup> *teneas*. De tus bienes.

<sup>26</sup> *de familia liberata*. Refiérese a sus esclavos, a quienes había prometido la manumisión, para evitar que se les vendiera, si sus bienes eran confiscados, pero con la condición de que si la ley Clodia le permitiese conservarlos, seguirían sirviendo a su amo como antes, a excepción de unos pocos que por su fidelidad quedaron libres.

<sup>27</sup> *tuis*. A los que eran propiedad particular de Terencia, no comprendidos en la promesa de que habla la nota anterior.

<sup>28</sup> *si res a nobis abisset*: “si nuestros bienes hubiesen pasado a otras manos”, “que si hubiésemos perdido el derecho a nuestra hacienda”.

<sup>29</sup> *sin ad nos pertinerent*: “pero si continuasen en nuestro poder”.

<sup>30</sup> *oppido*. Adverbio.

<sup>31</sup> *praeterquam... pauci*: “excepto algunos muy pocos”.

<sup>32</sup> *tempestatem*: “el tiempo favorable a la travesía”.

<sup>33</sup> *una*: “a un mismo tiempo”.

<sup>34</sup> *hoc*. Anuncia la proposición siguiente. Gr. 524 a.

6.—Clodium Philhetaerum, quod valetudine oculorum impediabatur, hominem fidelem, remisi. Sallustius officio vincit omnes. Pescennius est perbenevolus nobis; quem semper spero tui fore observantem. Sicca dixerat se mecum fore, sed Brundisio discessit. Cura, quod potes, ut valeas, et sic existimes me vehementius tua miseria quam mea commoveri. Mea Terentia, fidissima atque optima uxor, et mea carissima filiola et spes reliqua nostra, Cicero, valet. Pridie K. Mai. Brundisio.

Ad Fam., XIV, 4.

A César.

Principios del año 54.

Cicero Caesari S. D.

1.—Vide quam mihi persuaserim te me esse alterum, non modo in iis rebus quae ad me ipsum, sed etiam in iis quae ad meos pertinent. C. Trebatium<sup>35</sup> cogitaram, quocumque exirem, mecum ducere, ut eum meis omnibus studiis, beneficiis quam ornatissimum domum reducerem. Sed posteaquam et Pompei commoratio<sup>36</sup> diuturnior erat quam putaram, et mea quaedam tibi non ignota dubitatio<sup>37</sup> aut impedire profectionem meam videbatur aut certe tardare —vide quid mihi sumpserim<sup>38</sup>—, coepi velle ea Trebatium exspectare a te, quae sperasset a me, neque mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi quam eram solitus de mea polliceri. 2. Casus vero mirificus quidam in-

<sup>35</sup> *Trebatium*. Jurisconsulto famoso, amigo de Cicerón y de Horacio. En la fecha de esta carta hallábase en los comienzos de su carrera.

<sup>36</sup> *Pompei commoratio*. En Cerdeña, ocupado en aprovisionar de trigo a Roma.

<sup>37</sup> *dubitatio*. Ocasionada quizás por las continuas maquinaciones de su enemigo Clodio.

<sup>38</sup> *quid...sumpserim*: "mira qué resolución he tomado".

tervenit quasi vel testis opinionis meae vel sponsor humanitatis tuae. Nam cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo<sup>39</sup> nostro loquerer accuratius domi meae, litterae mihi dantur a te, quibus in extremis scriptum erat: "M. Orfium,<sup>40</sup> quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptae delega, si vis. Tu ad me alium mitte quem ornem." Sustulimus manus et ego et Balbus. Tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quid non fortuitum sed divinum videretur. Mitto igitur ad te Trebatium atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxerim. 3. Hunc, mi Caesar, sic velim omni tua comitate complectare<sup>41</sup>, ut omnia, quae<sup>42</sup> per me possis adduci ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas. De quo tibi homine haec spondeo, non illo veteri verbo meo<sup>43</sup> quod, cum ad te de Milone scripsissem, iure lusisti, sed more Romano, quo modo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse<sup>44</sup> neminem. Accedit etiam quod familiam ducit in iure civili;<sup>45</sup> singulari memoria, summa scientia. Huic ego neque tribunatum<sup>46</sup> neque praefecturam neque ullius beneficii certum nomen peto; benivolentiam<sup>47</sup> tuam et liberalitatem peto, neque impedio quominus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornas gloriolae insignibus; totum deni-

<sup>39</sup> *Balbo*. L. Cornelio Balbo, de origen español y amigo de César y de Cicerón.

<sup>40</sup> *Orfium*. Personaje desconocido.

<sup>41</sup> *velim* (Gr. 142 d) *complectare*. Gr. 524.

<sup>42</sup> *quae*. Dependiente de "conferre velis".

<sup>43</sup> *illo veteri verbo*. Como no se conserva la carta acerca de Milón, aquí mencionada, ignoramos cuál pudo ser este "vetus verbum" a que se refiere Cicerón.

<sup>44</sup> *haec* (Gr. 524 a) *spondeo*... *probiorem hominem*... *esse neminem*. "Spondeo" significa «te aseguro», de donde el infinitivo presente. Gr. 493 b. Cfr. Cic. *Fam.* 13, 17, 2.

<sup>45</sup> *accedit*... *quod* (Gr. 499 a)... *in iure civili*: "añádese el que ocupa el primer puesto en materia de derecho civil".

<sup>46</sup> *tribunatum* ("militarem").

<sup>47</sup> *neque*... *nomen peto*, *benivolentiam*. Asíndeton adversativo.

que hominem tibi ita trado, de manu, ut aiunt, in manum tuam istam et victoria et fide praestantem. Simus<sup>48</sup> enim putidiusculi,<sup>49</sup> quamquam per te vix licet; verum, ut video, licebit.<sup>50</sup> Cura ut valeas, et me, ut amas, ama.

Ad. Fam., VII, 5.

<sup>48</sup> *simus*. Subjuntivo concesivo. Gr. 142 g.

<sup>49</sup> *putidiusculi*: "bastante exigentes".

<sup>50</sup> *quamquam...licebit*: "aunque por tu parte difícilmente lo toleras; mas, por lo que veo, me lo permitirás".

*A Tulio Tirón.*

3 de Noviembre de 50

Tullius Tironi<sup>51</sup> suo S. P. D. et Cicero meus  
et frater et fratris f.

1.—Paulo facilius putavi posse me ferre desiderium tui, sed plane non fero; et quamquam magni ad honorem nostrum interest<sup>52</sup> quam primum ad urbem me venire, tamen peccasse mihi videor, qui a te discesserim. Sed quia tua voluntas ea videbatur esse, ut<sup>53</sup> prorsus nisi confirmato corpore<sup>54</sup> nolles navigare, approbavi tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eadem es sententia. Sin autem, posteaquam cibum cepisti, videris tibi posse me consequi, tuum consilium est. Marionem ad te eo<sup>55</sup> misi, ut aut tecum ad me quam primum veniret aut, si tu morarere, statim ad me rediret. 2. Tu autem hoc tibi persua-

<sup>51</sup> *Tironi.* Tulio Tirón, liberto de Cicerón, fué el compilador de las cartas "Ad Familiares". Compuso o perfeccionó un sistema de taquigrafía, conocido con el nombre de «notas tironianas». Al regresar de Cilicia, acompañando a su señor, había caído enfermo en Patras.

<sup>52</sup> *magni... interest* (Gr. 430 e) *ad honorem.* Gr. 430 d, α.

<sup>53</sup> *ea... ut:* "tal que".

<sup>54</sup> *confirmato corpore:* «repuesto del todo».

<sup>55</sup> *eo.* Adverbio.

de, si commodo valetudinis tuae fieri<sup>56</sup> possit, nihil me malle<sup>57</sup> quam te esse mecum; si autem intelleges opus esse te Patris convalescendi causa paulum commorari, nihil me malle quam te valere. Si statim navigas, nos Leucade consequere; sin te confirmare vis, et comites et tempestates et navem idoneam ut habeas diligenter videbis. Unum illud, mi Tiro, videto, si me amas, ne te Marionis adventus et hae litterae moveant. Quod valetudini tuae maxime conducet, si feceris, maxime obtemperaris<sup>58</sup> voluntati meae. Haec pro tuo ingenio considera. Nos ita te desideramus, ut amemus; amor, ut valentem videamus, hortatur; desiderium, ut quam primum; illud<sup>59</sup> igitur potius. Cura ergo potissimum ut valeas; de tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum. III Non. Nov.

Ad Fam., XVI, 1.

<sup>56</sup> *fieri.* Suj. "id", o sea "te esse mecum".

<sup>57</sup> *si...possit...me malle.* Gr. 551 a. (Dir.: "si potest malo".)

<sup>58</sup> *si feceris...obtemperaris.* Gr. 534 B.

<sup>59</sup> *illud:* "ut valentem videamus".

A Tulio Tirón.

7 de Noviembre de 50.

Tullius Tironi suo S. P. D. et Cicero <sup>60</sup>  
et Q. frater et Q. f.<sup>61</sup>

1.—Varie sum affectus tuis litteris: valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito quin, quoad plane valeas <sup>62</sup>, te neque navigationi neque viae committas. Satis te mature videro, si plane confirmatum videro.<sup>63</sup> De medico et tu bene existimari scribis et ego sic audio. Sed plane curationes eius non <sup>64</sup> probo. Ius enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος <sup>65</sup> esses, sed tamen et ad illum scripsi accurate et ad Lysonem. 2. Ad Curium vero, suavissimum hominem et summi officii summaeque humanitatis, multa scripsi; in eis etiam <sup>66</sup> ut, si tibi videretur, te ad se transfer-

<sup>60</sup> Cicero. El hijo del orador.

<sup>61</sup> f. El hijo de Quinto Cicerón.

<sup>62</sup> quoad...valeas. Gr. 525, 3.

<sup>63</sup> satis...videro. Gr. 534 A b, nota.

<sup>64</sup> plane...non: «no del todo».

<sup>65</sup> κακοστόμαχος: «de estómago enfermo».

<sup>66</sup> etiam ("scripsi").

ret. Lyso enim noster vereor ne negligentior sit: primum, quia omnes Graeci<sup>67</sup>; deinde quod, cum a me litteras accepisset, mihi nullas remisit. Sed eum tu laudas. Tu igitur quid faciendum sit iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumptu<sup>68</sup> ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium, quod dixisses, daret.<sup>69</sup> Medico ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior.

3.—Innumerabilia sunt tua in me officia, domestica, forensia, urbana, provincialia, in re privata, in publica, in studiis, in litteris nostris: omnia viceris, si, ut spero, te validum videro. Ego puto te bellissime, si recte erit, cum quaestore Mescinio decursurum.<sup>70</sup> Non inhumanus est teque, ut mihi visus est, diligit; et cum valetudini tuae diligentissime consulueris, tum, mi Tiro, consulito navigationi. Nulla in re iam te festinare volo. Nihil laboro nisi ut salvus sis. 4. Sic habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet quin<sup>71</sup> idem te amet et cum tua et mea maxime interest<sup>72</sup> te valere, tum multis est curae.<sup>73</sup> Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, numquam te confirmare potuisti. Nunc te nihil impedit: omnia depone, corpori servi. Quantum diligentiam in valetudinem contuleris, tanti<sup>74</sup> me fieri a te iudicabo. Vale, mi Tiro, vale et salve. Lepta<sup>75</sup> tibi salutem dicit et omnes. Vale. VII Idus Novembres. Leucade.

Ad. Fam., XVI, 4.

<sup>67</sup> *omnes Graeci* ("neglegentes sunt".)

<sup>68</sup> *sumptu*: "sumptui".

<sup>69</sup> *scripsi...daret* (Gr. 524): "scripsi ut id daret".

<sup>70</sup> *si erit...decursurum*. Gr. 551 a.

<sup>71</sup> *neminem...quin*. Gr. 531 b.

<sup>72</sup> *tua et mea...interest*. Gr. 430 d, β.

<sup>73</sup> *multis est curae*. Gr. 433 b.

<sup>74</sup> *tanti*. Gr. 430 e.

<sup>75</sup> *Lepta*. "Praefectus fabrum" de Cicerón durante su gobierno en Cilia.

6.

*A Attico.*

27 de noviembre de 48.<sup>76</sup>

Cicero Attico S. D.

1. Sollicitum esse te cum de tuis<sup>77</sup> communibusque fortunis, tum<sup>78</sup> maxime de me ac de dolore meo sentio; qui quidem meus dolor non modo non minuitur, cum socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. Omnino pro tua prudentia sentis qua consolatione levare maxime possim. Probas enim meum consilium<sup>79</sup> negasque mihi quicquam tali tempore potius faciendum fuisse.<sup>80</sup> Addis etiam (quod etsi mihi levius est quam tuum iudicium, tamen non est leve) ceteris quoque —id est, qui pondus habeant— factum nostrum probari.<sup>81</sup> Id si ita<sup>82</sup> puta-

<sup>76</sup> El año anterior se había decidido Cicerón a seguir el partido de Pompeyo; no pasó, sin embargo, más allá de Durazzo y regresó a Brindis después de la batalla de Farsalia (9 de agosto de 48).

<sup>77</sup> *tuis*. Atico temía que César le impusiera una contribución como castigo por su neutralidad.

<sup>78</sup> *cum...tum*. Gr. 261.

<sup>79</sup> *meum consilium*: «mi resolución» (de regresar a Italia).

<sup>80</sup> *mihi...faciendum fuisse*. Gr. 432 f.

<sup>81</sup> *ceteris...probari*. Gr. 432 f.

<sup>82</sup> *si ita* ("esse").

rem, levius dolerem. 2. "Crede, inquis, mihi". Credo equidem; sed scio quam cupias minui dolorem meum. Me discessisse ab armis numquam paenituit: tanta erat in illis<sup>83</sup> crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio,<sup>84</sup> ut non nominatim, sed generatim<sup>85</sup> proscriptio esset informata,<sup>86</sup> ut iam omnium iudicio constitutum esset omnium vestrum bona praedam esse illius victoriae. "Vestrum" plane dico; numquam enim de te ipso nisi crudelissime cogitatum est. Quare voluntatis me meae<sup>87</sup> numquam paenitebit, consilii<sup>88</sup> paenitet. In oppido aliquo mallem resedisse, quoad arcesserer. Minus sermonis subissem,<sup>89</sup> minus accepissem doloris. Ipsum hoc<sup>90</sup> me non angeret. Brundisi iacere in omnes partes<sup>91</sup> est molestum. Propius<sup>92</sup> accedere, ut suades, quo modo sine lictoribus,<sup>93</sup> quod populus dedit, possum? qui mihi incolumi<sup>94</sup> adimi non possunt. Quos ego nunc paulisper cum bacillis in turbam conieci,<sup>95</sup> ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret. 3. Reliquo tempore me domi tenui... 4. Tulliae<sup>96</sup> meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat, quam tibi intellego magnae curae esse; quod est

<sup>83</sup> *in illis*: «entre los pompeyanos».

<sup>84</sup> *coniunctio*. Pompeyo contaba, en efecto, entre sus aliados, a algunos reyes de Asia y al nómada Juba.

<sup>85</sup> *generatim*: «en masa».

<sup>86</sup> *informata*: «organizada».

<sup>87</sup> *voluntatis... meae*: «de mi voluntad» (de no tomar las armas) *paenitebit*. Gr. 430 c.

<sup>88</sup> *consilii*: «de mi decisión» (de volver a Italia).

<sup>89</sup> *minus sermonis subissem*: «no hubiese dado tanto que hablar».

<sup>90</sup> *ipsum hoc*: «mi situación actual».

<sup>91</sup> *in omnes partes*: «por todos conceptos».

<sup>92</sup> *propius* ("Romam").

<sup>94</sup> *incolumi*. Es decir, mientras disfrute del "imperium"; "mihi.... adimi". Gr. 432 e.

<sup>95</sup> *quos... conieci*. Cicerón no renuncia a sus "lictos", pero sustituye sus "fascas" por varillas ("bacillis"), propias de la autoridad municipal, y los dispersa entre la multitud por temor a algún acto brutal de los soldados.

<sup>96</sup> *Tulliae*. Tullia, hija de Cicerón, separada a la sazón de su marido Dolabela, falleció en 45.

mihi gratissimum. De Pompei exitu<sup>97</sup> mihi dubium numquam fuit. Tanta enim desperatio rerum eius omnium regum et populorum animos occuparat ut, quocumque venisset, hoc putarem futurum. Non possum eius casum non dolere; hominem enim integrum et castum et grave cognovi...

<sup>97</sup> *exitu*. Derrotado Pompeyo en Farsalia, se refugió en Egipto donde fué asesinado el 28 de septiembre de 47.

*A Terencia.*

7 de junio de 49.

Tullius Terentiae suae S. P.

1.—Omnes molestias et sollicitudines, quibus et te miserri-  
mam habui,<sup>98</sup> id quod mihi molestissimum est, et Tulliolam,  
quae nobis nostra vita dulcior est, deposui et eieci. Quid cau-  
sae<sup>99</sup> autem fuerit, postridie intellexi quam a vobis discessi.  
Χολήν ἄκρατον<sup>100</sup> noctu eieci; statim ita sum levatus, ut mihi  
deus aliquis medicinam fecisse videatur; cui quidem tu deo,  
quemadmodum soles, pie et caste satisfacies. 2. Navem spero nos  
valde bonam habere.<sup>101</sup> In eam simul atque conscendi, haec  
scripsi. Deinde conscribam ad nostros familiares multas epistu-  
las, quibus te et Tulliolam nostram diligentissime commenda-

98. *quibus...habui*: «que te tenían tan afligida». Expresión familiar. Alude Cicerón a la enfermedad que le había tenido postrado en Cumas antes de embarcar a Cayeta para reunirse con Pompeyo.

<sup>99</sup> *quid causae*. Gr. 428 d.

<sup>100</sup> *χολήν ἄκρατον*: «bilis pura».

<sup>101</sup> *spero...habere*. Obsérvese el infin. pres. después de "spero". Gr. 493 b, obs. 1.

bø. Cohortarer vos quo<sup>102</sup> animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognossem quam quemquam virum... 3. Tu primum valetudinem tuam velim cures;<sup>103</sup> deinde, si tibi videbitur, villis iis utere, quae longissime aberunt a militibus. Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atque etiam vale. D.<sup>104</sup> VII Id. Iun.<sup>105</sup>

Ad Fam., XIV, 7.

<sup>102</sup> *quo*. Gr. 529.

<sup>103</sup> *velim cures*. Gr. 524.

<sup>104</sup> *D.*: "dabam".

<sup>105</sup> *VII Id. Iun.*: «el 7 de junio».

8.

*A Servio Sulpicio.*

Año 47.

Asclapone Patrensi medico<sup>106</sup> utor valde familiariter, eiusque cum consuetudo<sup>107</sup> mihi iucunda fuit, tum etiam ars quam sum expertus in valetudine meorum: in qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfacit. Hunc igitur tibi commendo et a te peto ut des operam ut intellegat diligenter me scripsisse de sese, meamque commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

Ad Fam., XIII, 19.

<sup>106</sup> *Asclapone...medico.* Asistió a Tirón en una grave enfermedad que tuvo en Patras.

<sup>107</sup> *consuetudo:* «trato».

*A Servilio.*

Año 47.

M. T. C. Servilio Collegae S. D.

1. Cereliae necessariae meae, rem, nomina, possessiones Asiaticas<sup>108</sup> commendavi tibi praesens<sup>109</sup> in hortis tuis, quam potui diligentissime; <sup>110</sup> tuque mihi pro tua consuetudine proque tuis in me perpetuis maximisque officiis, omnia te facturum liberissime recepisti<sup>111</sup>. Meminisse te id spero; <sup>112</sup> scio enim solere. Sed tamen Cereliae procuratores scripserunt te, propter magnitudinem provinciae multitudinemque negotiorum, etiam atque etiam esse commonefaciendum. 4. Peto igitur ut memineris te omnia, quae fides tua pateretur, mihi cumulate recepisse.<sup>113</sup> Equidem existimo habere te magnam facultatem (sed hoc tui est

<sup>108</sup> *rem...Asiaticas*: «la hacienda, los intereses y posesiones que tiene en Asia».

<sup>109</sup> *praesens*: «personalmente».

<sup>110</sup> *quam diligentissime*. Gr. 446.

<sup>111</sup> *mihi...recepisti*: «me prometiste».

<sup>112</sup> *meminisse...id.* (Gr. 430 *b*, β) *spero*. Gr. 493 *b*.

<sup>113</sup> *memineris te...recepisse*. Gr. 493 *a*.

consilii et iudicii) <sup>114</sup> ex <sup>115</sup> eo senatus consulto, quod in heredes C. Vennonii factum est, Cereliae commodandi <sup>116</sup>. Id senatus consultum tu interpretabere pro tua sapientia. Scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud te magni fuisse. Quod reliquum est, sic velim existimes, quibuscumque rebus Cereliae benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturum. Vale.

Ad Fam., XIII, 70.

<sup>114</sup> *sed...iudicii*: «pero eso déjolo a su juicio y discreción».

<sup>115</sup> *ex*: «conforme a».

<sup>116</sup> *commodandi*. Depende de "facultatem".

*Cicerón a Bruto.*

Año 46.

1. Lucio Titio Strabone, equite Romano, in primis honesto et ornato, familiarissime utor. Omnia mihi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis<sup>117</sup>. Huic in tua provincia<sup>118</sup> pecuniam debet Publius Cornelius. Ea res a Volcatio, qui Romae ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto a te hoc diligentius quam si mea res esset, quo<sup>119</sup> est honestius de amicorum pecunia laborare quam de sua, ut negotium conficiendum cures, ipse suspicias, transigas, operamque des, quoad tibi aequum et rectum videbitur, ut quam commodissima conditione, libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummosque perveniat. 2. Id et mihi gratissimum erit et tu ipse Lucium Titium cognosces amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi curae sit, ut omnia solent esse, quae me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

Ad Fam. XIII, 14.

<sup>117</sup> *omnia...necessitudinis*: «y entre nosotros hay prendas de amistad muy estrechas».

<sup>118</sup> *in tua provincia*: «en la provincia de tu cargo».

<sup>119</sup> *hoc...quo*: «con tanto mayor empeño...cuanto es más honesto».

*A Servio Sulpicio.*

Abril del año 45.

1. Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu <sup>120</sup> affuisses; quantum enim praesens <sup>121</sup> me adiuvaré potueris et consolando et prope aequé dolendo, facile ex eo intellego, quod, litteris lectis, aliquantum acquievi. Nam et ea scripsisti, quae levare luctum possent, et in me consolando non mediocrem ipse <sup>122</sup> animi dolorem adhibuisti.<sup>123</sup> Servius <sup>124</sup> tamen tuus omnibus officiis, quae illi tempori tribui potuerunt, declaravit et quanti ipse me faceret et quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cuius officia iucundiora scilicet saepe mihi fuerunt, numquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum et societas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur; turpe enim esse existimo me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprimor

<sup>120</sup> *in meo gravissimo casu.* La muerte de su hija Tulia, acaecida en febrero del año 45, después de verse abandonada por su marido. Esta carta es contestación a otra en que Sulpicio (*Ad. Fam.* IV, 5) expresaba su pésame a Cicerón.

<sup>121</sup> *praesens:* «personalmente», «en presencia».

<sup>122</sup> *ipse* ("tu").

<sup>123</sup> *adhibuisti:* «mostraste».

<sup>124</sup> *Servius,* hijo de Sulpicio.

interdum et vix resisto dolori, quod ea me solacia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam et Q. Maximus,<sup>125</sup> qui filium consularem, clarum virum et magnis rebus gestis amisit, et L. Paulus,<sup>126</sup> qui duo septem diebus, et vester Gallus,<sup>127</sup> et M. Cato,<sup>128</sup> qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis<sup>129</sup> temporibus fuerunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex re publica consequerentur; 2. mihi autem amissis ornamentis iis, quae ipse commemoras quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solacium,<sup>130</sup> quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non rei publicae procuratio-  
ne impediabantur cogitationes meae, nihil in foro agere libebat, aspicere curiam non poteram; existimabam, id quod erat, omnes me et industriae meae fructus et fortunae perdidisse. Sed, cum cogitarem haec mihi tecum et cum quibusdam esse communia, et cum frangerem iam ipse me cogereque illa ferre toleranter, habebam quo confugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone et suavitate omnes curas doloresque deponerem. Nunc autem, hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum me a re publica maestum domus excipiebat, quae levaret, sic nunc domo mae-rens ad rem publicam confugere possum, ut in eius bonis ac-

<sup>125</sup> Q. Maximus. Quinto Fabio Máximo, célebre por su táctica contra Aníbal durante la segunda guerra púnica.

<sup>126</sup> L. Paulus. Paulo Emilio, vencedor de Perseo, perdió sus dos hijos, uno de catorce años de edad y otro de doce, pocos días antes de su triunfo.

<sup>127</sup> vester Gallus: «tu pariente Galo». C. Sulpicio, lugarteniente de Paulo Emilio en Macedonia, pretor en 169 y cónsul en 166. Era de la misma familia que el destinatario de esta carta. Cicerón hace de él hermoso elogio en el libro I del tratado *De Republica*, hablando de la muerte de su hijo.

<sup>128</sup> Cato. Catón «el Censor».

<sup>129</sup> iis: "talibus".

<sup>130</sup> unum...solacium. Cicerón al escribir estas líneas estaba distanciado de su hermano Quinto, divorciado ya de Terencia, a punto de separarse de Publia, su segunda mujer, y lejos de su hijo Marco, a la sazón en Atenas. Sin exageración podía, pues, decir que Tulia era su único consuelo.

quiescam. Itaque et domo absum et foro, quod nec eum dolorem, quem de re publica capio, domus iam consolari potest, nec domesticum res publica.

3. Quo magis te exopto teque videre quam primum cupio; maius mihi solacium afferre ratio nulla potest quam coniunctio consuetudinis sermonumque nostrorum. Quamquam sperabam tuum adventum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cum multis de causis te exopto quam primum videre, tum etiam ut ante commentemur<sup>131</sup> inter nos qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius<sup>132</sup> voluntatem accommodandum et prudentis et liberalis et, ut perspexisse videor, nec a me alieni et tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magnae tamen est deliberationis, quae ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi. Vale.

Ad. Fam. IV, 6.

<sup>131</sup> *commentemur*: «consultemos mutuamente».

<sup>132</sup> *unius*: César.

SECCION QUINTA.

### CAYO SALUSTIO CRISPO.

Dos obras completas, el *Bellum Catilinae*, generalmente llamada *De Catilinae Coniuratione*, y el *Bellum Iugurthinum* conservamos del historiador Cayo Salustio Crispo. Contiene la primera el relato de la conjuración de Catilina en el año 63 a. J. C., y la segunda la historia de la guerra entre Roma y Yugurta, rey de Numidia, entre los años 111 y 105 a. J. C. Compuso, además, nuestro autor sus *Historiarum libri quinque*, que, arrancando de la muerte de Sila, terminaban con la marcha de Pompeyo a la guerra contra Mitridates (78-67 a. J. C.) De esta obra han llegado hasta nosotros cuatro discursos y dos cartas, además de numerosos fragmentos.

Nacido en Amiternum (Sabina), en 87 a. J. C., Cayo Salustio Crispo fué primeramente cuestor y en 52 tribuno del pueblo. Expulsado del Senado dos años más tarde, a causa de sus costumbres depravadas, volvió al seno de dicha corporación por obra de César, de quien fué partidario. Parece que se le eligió cuestor, por segunda vez, en el año 49 y pretor en 47. Un año después se le confió, con el título de *proconsul cum imperio*, el gobierno de la provincia Romana de Africa (*Africa nova o Inferior*), en cuya administración acumuló enormes riquezas. Acusado de concusión y absuelto, gracias a la mediación de César, hízose construir entre el Pincio y el Quirinal una magnífica mansión, cuyos jardines conservaron su nombre. Retirado de la

política, se consagró a los trabajos históricos. Murió hacia el año 35, alrededor de los cincuenta y uno de edad.

De sus obras principales el *Bellum Iugurthinum*, posterior en fecha al *Catilina*, es, por diversas razones, más acabado que éste. En el *Bellum Catilinae* la cronología es imprecisa y, a veces, inexacta; las digresiones, muy largas, interrumpen frecuentemente la narración de los hechos. La composición del *Bellum Iugurthinum* es más cuidadosa y ponderada. Salustio, además de servirse de la tradición oral, consultó diversas fuentes históricas. Las observaciones geográficas acerca de Africa —procedentes, al parecer, de Posidonio (133-49)—, son de admirar por su claridad y precisión. Los retratos de Catilina, César, Catón, Mario y Sila constituyen modelos de difícil superación.

Salustio, lejos de imitar el período regular de Cicerón, busca los efectos procedentes de la disimetría. Sus fines de frases no se someten a las reglas métricas (*clausulae*). Su lenguaje, abundante en arcaísmos, es profundamente original. Nuestro autor es, sobre todo, un gran artista “que busca, como un efecto nuevo, el contraste entre la austeridad y frialdad exterior del estilo y la pasión ardiente de la idea”. (Albert Grénier, *Le génie romain dans la religion, la pensée et l'art*, París, 1925, pág. 267).

Salustio, muy gustado e imitado por los historiadores, filósofos y moralistas modernos, fué traducido al castellano en el siglo XV por don Vasco de Guzmán. Este trabajo, inédito, se conserva en la Biblioteca de El Escorial. Siguiéronle en esta tarea Francisco Vidal y Noya y Manuel Sueyro (Amberes, Juan Reebergio, 1615; Madrid, Manuel González, 1786; *ibid.*, impr. Real, 1796). En 1772, y en las prensas de Joaquín Ibarra, publicó el Infante Don Gabriel una nueva traducción, sin disputa la mejor en nuestra lengua; esta versión fué reproducida en la “Biblioteca clásica” y, recientemente, en la Colección “Amauta”, Santiago de Chile, Ediciones Ercilla, 1939.

Como particularidades más salientes de la ortografía arcaizante de Salustio, señalaremos: *a.* Uso de *u* por *i* en palabras como *maritumus*, *aestumo*, *lubet*, y en los superlativos de los adjetivos y adverbios (-*umus*, -*ume*. Gr. 341). *b.* Uso de *u* por *e* en los gerundios y gerundivos de las conjugaciones tercera y cuarta (Gr. 368 *b*, 3). *c.* Empleo de formas como *servos* (=servus), *aevom* (=aevum), *novos*, *vivos*. Gr. 296. *d.* Id. del grupo *vo* en vez de *vu*, *ve*: *voster*, *volt*, *volgus*, *voltus*, *vorto*, *vorsare*, *divorsus*, *univorsus*, etc.

## BELLUM CATILINAE.

*Prefacio. Consideraciones morales. (I-III.) Exposición del objeto de la obra, o sea el relato de algunos de los más salientes episodios de la historia Romana, y entre ellos el de la conjuración de Catilina.*

IV. Igitur ubi animus ex<sup>1</sup> multis miseriis atque periculis requievit et mihi reliquam aetatem a re publica<sup>2</sup> procul habendam<sup>3</sup> decrevi, non fuit consilium<sup>4</sup> socordia atque desidia bonum otium conterere<sup>5</sup> neque vero<sup>6</sup> agrum colundo aut venando,<sup>7</sup> servilibus officiis intentum aetatem agere; sed a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus,<sup>8</sup> statui res gestas populi Romani carptim, ut quaeque<sup>9</sup> memoria digna videbantur, perscribere, eo magis quod mihi a spe, metu, partibus rei publicae animus liber erat. Igitur de Catili-

<sup>1</sup> *ex*: «después de».

<sup>2</sup> *a re publica*: «de los negocios públicos».

<sup>3</sup> *habendam*: “agendam”.

<sup>4</sup> *non fuit consilium*: «no fué mi ánimo».

<sup>5</sup> *conterere*. Inf. suj., como más abajo “agere”. Gr. 473 *b*.

<sup>6</sup> *neque vero*: «ni tampoco».

<sup>7</sup> *colundo aut venando*: Gr. 153 *d*.

<sup>8</sup> *a quo incepto studioque... eodem* (adv.) *regressus*: “regressus ad idem inceptum («propósito») studiumque («y vocación») a quo”. Gr. 199 *e*.

<sup>9</sup> *ut quaeque*: “quaecumque”.

nae coniuratione, quam verissime potero,<sup>10</sup> paucis absolvam; nam id facinus in primis ego memorabile existumo sceleris atque periculi novitate. De cuius hominis moribus<sup>12</sup> pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.<sup>13</sup>

*Retrato de Catilina (V).*

V. Lucius Catilina, nobili genere natus,<sup>14</sup> fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique<sup>15</sup> iuventutem suam exercuit. Corpus patiens inediae, vigiliae, algoris supra<sup>16</sup> quam cuiquam credibile est.<sup>17</sup> Animus audax, subdolos, varius, cuius rei lubet<sup>18</sup> simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum.<sup>19</sup> Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationem L. Sullae<sup>20</sup> lubido maxuma invaserat rei publicae capiundae;<sup>21</sup> neque id quibus modis assequeretur, dum<sup>22</sup> sibi

<sup>10</sup> *quam verissime potero.* Gr. 346.

<sup>11</sup> *paucis* ("verbis").

<sup>12</sup> *moribus:* «carácter».

<sup>13</sup> *prius...quam...faciam.* El presente de subjuntivo con "priusquam" se usa, a veces, como aquí, para indicar la idea de futuro. El indicativo es más frecuente. Gr. 525 *b*,  $\beta$ . Cfr. Iug. V: "Sed priusquam huiuscemodi rei initium expedio".

<sup>14</sup> *nobili genere natus.* Para la biografía de Catilina, vid. págs. 160-162.

<sup>15</sup> *ibique:* "in eis que rebus".

<sup>16</sup> *supra:* "ultra".

<sup>17</sup> *cuiquam credibile est.* "Quisquam" no se usa regularmente, sino en frases negativas. (Gr. 386 *e*). Su presencia aquí se explica por equivaler la frase a "ita ut nemini credibile sit".

<sup>18</sup> *cuius rei lubet.* Tmesis (corte de una palabra en dos partes), por "cuiuslubet rei": «capaz de fingir y de disimular cualquier cosa».

<sup>19</sup> *satis parum:* ("in eo erat"). Antítesis y chiasmo.

<sup>20</sup> *post dominationem L. Sullae.* Sila, después de vencer en 82 a. J. C. al partido de Mario, ejerció la dictadura por tiempo de dos años.

<sup>21</sup> *rei publicae capiundae:* «de apoderarse de la república».

<sup>22</sup> *dum:* "dummodo".

regnum pararet, quicquam pensi habebat.<sup>23</sup> Agitabatur magis magisque in dies animus ferox, inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque iis artibus auxerat, quas supra memoravi. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos<sup>24</sup> pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus<sup>25</sup> admonuit,<sup>26</sup> supra repetere<sup>27</sup> ac paucis instituta maiorum, domi militiaeque, quo modo rem publicam habuerint<sup>28</sup> quantumque reliquerint, ut paulatim immutata ex pulcherruma atque optuma pessuma ac flagitiosissima<sup>29</sup> facta sit, disserere.

*Digresión acerca de la historia de Roma (VI-VIII), de las virtudes de los antiguos Romanos (IX) y de su corrupción en los tiempos siguientes a la caída de Cartago y dominación del dictador Sila (XI-XIII).*

IX. Igitur domi militiaeque boni mores<sup>30</sup> colebantur, concordia maxuma, minuma avaritia<sup>31</sup> erat; ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat.<sup>32</sup> Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant, cives cum civibus de

<sup>23</sup> *neque...quidquam pensi habebat*: "nihil pensi (Gr. 428 d) habebat" o sea "nihil curabat".

<sup>24</sup> *quos*. Se refiere a "cives", concepto implícito en "civitatis".

<sup>25</sup> *tempus*: «la ocasión».

<sup>26</sup> *admonuit* ("me").

<sup>27</sup> *repetere*. Este infinitivo, como más abajo "disserere", depende de "hortari", verbo cuya construcción en otros autores es el subj. con "ut", "ne". (Gr. 514).

<sup>28</sup> *habuerint*: ("gesserint, curaverint"). Sujeto "maiores", palabra implícita en "instituta maiorum".

<sup>29</sup> *pessuma ac flagitiosissima*. Predicado.

<sup>30</sup> *boni mores*: «las virtudes».

<sup>31</sup> *concordia...avaritia*. Chiasmo.

<sup>32</sup> *non...magis valebat*: «se observaba, más por las leyes que por natural inclinación».

virtute certabant. In suppliciis<sup>33</sup> deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Duabus his artibus,<sup>34</sup> audacia in bello, ubi pax evenerat aequitate, seque remque<sup>35</sup> publicam curabant. Quarum rerum ego maxuma documenta<sup>36</sup> haec habeo, quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant,<sup>37</sup> quique tardius revocati proelio excesserant,<sup>38</sup> quam qui<sup>39</sup> signa relinquere aut pulsi loco cedere<sup>40</sup> ausi erant; in pace vero, quod beneficiis magis quam metu imperium agitabant<sup>41</sup> et, accepta iniuria,<sup>42</sup> ignoscere quam persequi malebant.

X. Sed ubi labore atque iustitia res publica crevit, reges magni bello domiti, nationes ferae et populi ingentes vi subacti,<sup>43</sup> Carthago, aemula imperi Romani, ab stirpe interiit, cuncta maria terraeque patebant,<sup>44</sup> saevire fortuna ac miscere omnia coepit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile toleraverant,<sup>45</sup> eis otium, divitiae, optanda<sup>46</sup> alias,<sup>47</sup> oneri miseriaeque fuere.<sup>48</sup> Igitur primo pecuniae, deinde imperi cupido crevit; ea<sup>49</sup> quasi materies omnium malorum fuere. Namque

<sup>33</sup> *suppliciis*. Arcaísmo por "supplicationibus".

<sup>34</sup> *artibus*: «medios».

<sup>35</sup> *seque remque*: "et se et rem". Construcción poética. Gr. 260.

<sup>36</sup> *maxima documenta*. Predicado. Gr. 419.

<sup>37</sup> *qui contra imperium...pugnaverant*. Cfr. *Cat.* LII, 30: *Apud maiores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit.*

<sup>38</sup> *proelio...excesserant*. Gr. 439.

<sup>39</sup> *quam qui*: "quam in eos qui".

<sup>40</sup> *loco cedere*: «abandonar su puesto».

<sup>41</sup> *agitabant*: "exercebant".

<sup>42</sup> *accepta iniuria*: «y si eran agraviados». Gr. 454 d.

<sup>43</sup> *domiti...subacti* ("sunt").

<sup>44</sup> *patebant*. Usa aquí Salustio el imperfecto en vez del perfecto, para indicar no una acción sino un estado duradero.

<sup>45</sup> *facile toleraverant*: «habían afrontado con buena voluntad».

<sup>46</sup> *optanda*. Plural neutro referido a sustantivos ("otium", "divitiae"), de distinto género. Gr. 164 a, 4º.

<sup>47</sup> *alias*. Adv.: «en otras circunstancias».

<sup>48</sup> *oneri...fuere*. Gr. 433 b.

<sup>49</sup> *ea*. Plural neutro.

avaritia fidem, probitatem ceterasque artes bonas<sup>50</sup> subvertit: pro his superbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia venalia habere edocuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit,<sup>51</sup> aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere, amicitias inimicitiasque non ex re,<sup>52</sup> sed ex commodo aestumare magisque voltum quam ingenium bonum habere. Haec<sup>53</sup> primo paulatim crescere, interdum vindicari;<sup>54</sup> post, ubi contagio quasi pestilentia invasit, civitas immutata, imperium ex iustissimo atque optimo crudele intolerandumque factum.

*Primeras maquinaciones de Catilina: carácter de sus partidarios.*

XIV. In tanta tamque corrupta civitate Catilina, id quod factu facillum<sup>55</sup> erat, omnium flagitiorum atque facinorum<sup>56</sup> circum se, tamquam stipatorum catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo manu, ventre, pene<sup>57</sup> bona patria laceraverat, quique alienum aes grande conflaverat, quo<sup>58</sup> flagitium aut facinus redimeret,<sup>59</sup> praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi, convicti iudiciis aut pro factis iudicium timentes, ad hoc quos manus atque lingua periurio aut sanguine civili<sup>60</sup> alebat, postremo omnes quos flagitium, egestas,

<sup>50</sup> *ceterasque artes bonas*: «y las demás virtudes».

<sup>51</sup> *subegit*: “coegit”.

<sup>52</sup> *ex re*: «en sí».

<sup>53</sup> *haec*: «estos vicios».

<sup>54</sup> *interdum vindicari*: «a veces se castigaban».

<sup>55</sup> *factu facillumum*. Aliteración o consonancia inicial de palabras. “Factu”. Gr. 156 b.

<sup>56</sup> *flagitiorum atque facinorum*. Metonimia del abstracto por el concreto. Gr. 32 b.

<sup>57</sup> *manu, ventre, pene*. Tradúzcanse por medio del abstracto: «juego, glotonería, lascivia».

<sup>58</sup> *quo*. Gr. 529.

<sup>59</sup> *redimeret*. Alusión a la corrupción de la justicia.

<sup>60</sup> *manus atque lingua periurio aut sanguine civili*. Chiasmo.

consciis animis exagitabat,<sup>61</sup> ii Catilinae proximi familiaresque<sup>62</sup> erant. Quod si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat, cotidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. Sed maxime adulescentium familiaritates<sup>63</sup> appetebat: eorum animi molles aetate et fluxi<sup>64</sup> dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiusque studium ex aetate<sup>65</sup> flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canes atque equos mercari; postremo neque sumptui neque modestiae suae parcere<sup>66</sup>, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret.<sup>67</sup> Scio fuisse non nullos, qui ita existumarent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat,<sup>68</sup> parum honeste pudicitiam habuisse, sed ex aliis rebus magis quam quod cuiquam id compertum foret, haec fama valebat.<sup>69</sup>

*Reunión de los conjurados, en junio del año 64 (XV-XVII). Salustio recuerda que dos años antes Catilina había tramado una primera conjuración, fracasada, para asesinar a los cónsules (XVIII-XIX). Discurso de Catilina ante sus cómplices (XX-XXIII).*

XX. Catilina ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt, tametsi<sup>70</sup> cum singulis multa saepe egerat, tamen in

<sup>61</sup> *exagitabat*. Gr. 165, obs. 1.

<sup>62</sup> *proximi familiaresque*: «amigos íntimos».

<sup>63</sup> *familiaritates*: «la compañía». Salustio usa gran número de abstractos en plural.

<sup>64</sup> *molles et...fluxi*: «dóciles y débiles».

<sup>65</sup> *ex aetate* (Gr. 253, 2 c)...*flagrabat*: «porque, según la pasión que más reinaba en ellos».

<sup>66</sup> *modestiae...parcere*. Gr. 122 a, 2.

<sup>67</sup> *dum...faceret*. Gr. 525, 3.

<sup>68</sup> *frequentabat*. El uso clásico pediría el subjuntivo. Gr. 543, 4.

<sup>69</sup> *sed...valebat*: «pero este rumor más se fundaba en conjeturas, que en cosa alguna averiguada».

<sup>70</sup> *tametsi*. Gr. 537 a.

rem fore<sup>71</sup> credens univorsos appellare et cohortari, in abditam partem aedium<sup>72</sup> secedit<sup>73</sup> atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuscemodi<sup>74</sup> habuit:

“Ni virtus fidesque vostra spectata mihi forent, nequicquam opportuna<sup>75</sup> res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus<sup>76</sup> frustra fuissent,<sup>77</sup> neque ego per ignaviam aut vana ingenia<sup>78</sup> incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus<sup>79</sup> vos cognovi fortes fidosque mihi, eo<sup>80</sup> animus ausus est maxumum atque pulcherrimum facinus incipere, simul quia vobis eadem, quae mihi, bona malaque esse intellexi: nam idem velle atque idem nolle, ea demum<sup>81</sup> firma amicitia est. Sed ego quae mente agitavi omnes iam antea divorsi<sup>82</sup> audistis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero, quae condicio vitae futura sit<sup>83</sup>, nisi nosmet<sup>84</sup> ipsi vindicamus<sup>85</sup> in libertatem. Nam postquam res publica in paucorum potentium

<sup>71</sup> *in rem fore*: «que sería conveniente».

<sup>72</sup> *aedium*. Su casa estaba situada en el Palatino.

<sup>73</sup> *secedit*. Pres. histórico.

<sup>74</sup> *huiuscemodi*. Esta palabra indica que no se reproduce literalmente el discurso de Catilina.

<sup>75</sup> *opportuna*. Predicado.

<sup>76</sup> *in manibus*. Esta expresión puede considerarse como atributo de “dominatio”: «el poder casi seguro».

<sup>77</sup> *frustra fuissent*. En Salustio algunos adverbios, sobre todo “frustra”, desempeñan a veces el oficio de predicado.

<sup>78</sup> *per ignaviam aut vana ingenia*: «con la ayuda de hombres pusilánimes e inconstantes».

<sup>79</sup> *tempestatibus*: “temporibus”: «en numerosas circunstancias importantes».

<sup>80</sup> *eo*: “ideo”: «por eso».

<sup>81</sup> *ea demum*. “Ea” reasume los dos infinitivos precedentes y “demum” acompaña al pronombre reasuntivo.

<sup>82</sup> *divorsi*: «separadamente». Gr. 158, obs. 3.

<sup>83</sup> *futura sit*. Gr. 505 a.

<sup>84</sup> *nosmet*. Gr. 371.

<sup>85</sup> *vindicamus*. El presente en vez del futuro indica la seguridad del resultado.

ius atque dicionem<sup>86</sup> concessit, semper illis reges, tetrarchae<sup>87</sup> vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere; ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, volgus<sup>88</sup> fuimus, sine gratia, sine auctoritate, iis obnoxii, quibus, si res publica valeret,<sup>89</sup> formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos sunt aut ubi<sup>90</sup> illi volunt; nobis reliquere repulsas,<sup>91</sup> pericula, iudicia, egestatem. Quae quo usque tandem patiemini, o fortissimi viri? Nonne emori per virtutem<sup>92</sup> praestat quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris,<sup>93</sup> per dedecus amittere? Verum enim vero, pro<sup>94</sup> deum<sup>95</sup> atque hominum fidem,<sup>96</sup> victoria in manu nobis est, viget aetas, animus valet; contra illis annis atque divitiis omnia consenuerunt. Tantummodo incepto opus est,<sup>97</sup> cetera res expediet. Etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare,<sup>98</sup> quas profundant<sup>99</sup> in extruendo mari<sup>100</sup> et montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? illos binas aut amplius do-

<sup>86</sup> *ius atque dicionem*: «en sumisión absoluta», o sea de derecho (“ius”) y de hecho (“dicio”).

<sup>87</sup> *tetrarchae*. Propiamente jefe de la cuarta parte de una legión; luego, «príncipes», en general.

<sup>88</sup> *volgus*. Predicado.

<sup>89</sup> *si res publica valeret*: «si el Estado estuviese en la plenitud de su vigor».

<sup>90</sup> *ubi*: “apud quos”.

<sup>91</sup> *repulsas*: «las exclusiones» (de los honores).

<sup>92</sup> *per virtutem*: «valerosamente». Nuestro autor gusta de emplear “per” con un abstracto en vez de un adverbio. Véase más abajo “per dedecus”.

<sup>93</sup> *alienae superbiae ludibrio* (Gr. 433 b)...*fueris*. Gr. 127 d.

<sup>94</sup> *pro*. Interjección.

<sup>95</sup> *deum*. Gr. 302.

<sup>96</sup> *fidem* (“testor”).

<sup>97</sup> *incepto opus est*. Gr. 441 c.

<sup>98</sup> *superare*: “superesse”.

<sup>99</sup> *quas profundant*. Gr. 543, 1 b.

<sup>100</sup> *extruendo*. Casas de recreo construídas dentro del mar.

mos continuare, nobis<sup>101</sup> larem familiarem nusquam ullum esse? Cum<sup>102</sup> tabulas, signa, toreumata<sup>103</sup> emunt, nova diruunt, alia aedificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant,<sup>104</sup> tamen summa lubidine divitias vincere nequeunt. At nobis est domi inopia, foris aes alienum, mala res, spes<sup>105</sup> multo asperior; denique, quid reliqui<sup>106</sup> habemus praeter miseram animam? Quin<sup>107</sup> igitur expergiscimini? En illa, illa, quam saepe optastis, libertas; praeterea divitiae, decus, gloria in oculis<sup>108</sup> sita sunt; fortuna omnia ea victoribus praemia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica magis quam oratio mea vos hortantur. Vel imperatore vel milite me utimini:<sup>109</sup> neque animus neque corpus a vobis aberit. Haec ipsa, ut spero, vobiscum una consul<sup>110</sup> agam, nisi forte me animus fallit et vos servire magis quam imperare parati estis."

XXI. Postquam acceperere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona<sup>111</sup> ulla, tametsi illis quietam movere magna merces videbatur, tamen postulavere plerique uti proponeret, quae condicio belli foret,<sup>112</sup> quae praemia armis peterent, quid ubique<sup>113</sup> opis aut spei haberent. Tum

<sup>101</sup> *nobis*. Asíndeton adversativo.

<sup>102</sup> *cum*. Dado su valor concesivo, era de esperar el subjuntivo. Gr. 537 c.

<sup>103</sup> *toreumata*: «vasos de plata cincelada».

<sup>104</sup> *trahunt, vexant*: «maltratan, disipan». Metáforas tomadas del vocabulario militar.

<sup>105</sup> *res, spes*: «el presente, el porvenir».

<sup>106</sup> *quid reliqui*: «¿qué otra cosa?»

<sup>107</sup> *quin*: "cur non". Gr. 143, obs. 2.

<sup>108</sup> *in oculis*: "ante oculos".

<sup>109</sup> *utimini*. Gr. 441 b.

<sup>110</sup> *consul*. Catilina, derrotado ya dos veces, aspiraba al consulado para el año 63.

<sup>111</sup> *neque res neque spes bona*: «sin patrimonio ni esperanza de tenerlo».

<sup>112</sup> *uti proponeret quae condicio belli foret*: ("futura esset"). Gr. 505 a, nota, y 508.

<sup>113</sup> *ubique*: «en todas partes», «de todo género». Acompaña a "quid" y más frecuentemente, a un relativo, para generalizar una idea.

Catilina polliceri tabulas novas,<sup>114</sup> proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quae bellum atque lubido victorum fert; praeterea esse in Hispania citeriore Pisonem,<sup>115</sup> in Mauretania<sup>116</sup> cum exercitu P. Sittium<sup>117</sup> Nucerinum, consili sui participes; petere consulatum C. Antonium,<sup>118</sup> quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem et omnibus necessitudinibus circumventum; cum eo se consulem initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnes bonos, suorum unumquemque nominans laudare; admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae,<sup>119</sup> complures periculi aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat.<sup>120</sup> Postquam omnium animos alacres videt, cohortatus ut petitionem suam curae haberent,<sup>121</sup> conventum dimisit.

*Fulvia, sabedora de lo que se tramaba por una indiscreción de su amante Q. Curio, divulga el secreto de los conjurados (XXII). Cicerón es elegido cónsul con C. Antonio Híbrida. Catilina, decidido a la lucha, atrae a su facción hombres y mujeres (XXIV-XXV), entre estas últimas a Sempronía. (XXVI.)*

XXIII. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem censo-

<sup>114</sup> *tabulas novas*: «nuevos registros». Ello equivalía a la supresión de los antiguos y, por tanto, a la abolición de las deudas en ellos consignadas.

<sup>115</sup> *esse...Pisonem*. El infinitivo depende de un verbo "dicendi" contenido en "polliceri". De Pisón habla Salustio en los Caps. XVIII y XIX.

<sup>116</sup> *Mauretania*. Región del Africa septentrional, al O. de Numidia.

<sup>117</sup> *P. Sittium*. Natural de Campania, habíase retirado a Mauritania huyendo de la justicia y allí se dedicaba a reclutar tropas mercenarias. Posteriormente sirvió en el ejército de César en Africa, junto con Salustio.

<sup>118</sup> *C. Antonium*. C. Antonio Híbrida, hijo del orador M. Antonio, fué expulsado del Senado en el año 70, nombrado pretor en el 66 y cónsul, en compañía de Cicerón, en el 63. A pesar de la defensa de su antiguo colega fué desterrado en el año 59 por el delito "de repetundis".

<sup>119</sup> *admonebat alium...cupiditatis* (Gr. 430 b η) *suae*. "Suae" se refiere al complemento "alium" y no al sujeto de la oración. Gr. 183.

<sup>120</sup> *quibus...fuerat*. Gr. 433 b.

<sup>121</sup> *curae haberent*: «se preocupasen de».

res senatu probri gratia<sup>122</sup> moverant. Huic homini non minor vanitas inerat quam audacia, neque reticere quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. Erat ei cum Fulvia, mulieri nobili, strupri vetus consuetudo. Cui<sup>123</sup> cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montesque<sup>124</sup> polliceri coepit et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret,<sup>125</sup> postremo ferocius agitare<sup>126</sup> quam solitus erat. At Fulvia, insolentiae<sup>127</sup> Curi causa cognita, tale periculum rei publicae haud occultum habuit,<sup>128</sup> sed, sublato auctore,<sup>129</sup> de Catilinae coniuratione, quae quoque<sup>130</sup> hodo audierat, compluribus naravit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas invidia aestuabat et quasi pollui consulatum credebant, si eum, quamvis<sup>131</sup> egregius, homo novos<sup>132</sup> adeptus foret.<sup>133</sup> Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere.

XXIV. Igitur comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius et C. Antonius, quod factum primo populares coniurationis concusserat.<sup>134</sup> Neque tamen Catilinae furor minueba-

<sup>122</sup> *probri gratia*: «por su inmoralidad».

<sup>123</sup> *cui* (“Fulviae”).

<sup>124</sup> *maria montesque*: «el oro y el moro».

<sup>125</sup> *ni sibi...foret*. «si no se sometía a su voluntad»; “foret” representa a “eris” del discurso directo.

<sup>126</sup> *agitare*: “se agere”: «a comportarse».

<sup>127</sup> *insolentiae*: «de la extraña, insólita conducta».

<sup>128</sup> *haud occultum habuit*. Gr. 476 d.

<sup>129</sup> *sublato auctore*. Gr. 454 a.

<sup>130</sup> *quoque*. Ablativo de “quisque”.

<sup>131</sup> *quamvis*. Gr. 537 c.

<sup>132</sup> *homo novos* (Gr. 296). Esta expresión se aplica justamente a Cicerón, ninguno de cuyos antepasados había alcanzado el consulado ni otro cargo curul.

<sup>133</sup> *pollui...credebant, si...adeptus foret* (dir. “adeptus erit”, Gr. 550 b): «que se degradaría el consulado, si llegase a ocuparlo».

<sup>134</sup> *concusserat*. El pluscuamperfecto establece una relación lógica de anterioridad con el “minuebatur” de la frase siguiente.

tur, sed in dies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam<sup>135</sup> sua aut amicorum fide sumptam mutuam Faesulas ad Manlium quendam portare, qui postea princeps<sup>136</sup> fuit belli faciundi. Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines adscivisse sibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentes sumptus stupro corporis toleraverant, post, ubi aetas tantummodo quaestui neque<sup>137</sup> luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflaverant. Per eas se Catilina credebat posse servitia urbana<sup>138</sup> sollicitare, urbem incendere, viros earum<sup>139</sup> vel adiungere sibi vel interficere.

XXV. Sed in iis erat Sempronia, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, praeterea viro atque liberis,<sup>140</sup> satis fortunata fuit; litteris Graecis et Latinis docta; psallere et saltare<sup>141</sup> elegantius quam necesse est probae; multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt. Sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit; pecuniae an famae minus parceret, haud facile discerneres;<sup>142</sup> lubricine sic accensa, ut saepius peteret viros quam peteretur. Sed ea saepe antehac fidem prodiderat, creditum abiuraverat, caedis conscia fuerat, luxuria atque inopia praeceps abierat. Verum ingenium eius haud absurdum:<sup>143</sup> posse versus facere, iocum movere, sermone uti vel modesto vel molli vel procaci; prorsus multae facetiae multusque lepos inerat.<sup>144</sup>

<sup>135</sup> *pecuniam...fide sumptam mutuam*: «dinero tomado en préstamo a  
<sup>136</sup> *princeps*: «el iniciador». (crédito).

<sup>137</sup> *neque*: «et non».

<sup>138</sup> *servitia urbana*: «servos urbanos».

<sup>139</sup> *viros earum*: «sus maridos».

<sup>140</sup> *viro atque liberis*. El marido de Sempronia era D. Junio Bruto, que ocupó el consulado el año 77. El hijo de ambos, Décimo Bruto, fué uno de los asesinos de César.

<sup>141</sup> *psallere et saltare*. Infinitivos dependientes de «docta», así como «litteris» y el acusativo «multa alia».

<sup>142</sup> *discerneret*. Gr. 142, 2.

<sup>143</sup> *ingenium...haud absurdum*: «su espíritu tenía cierta gracia».

<sup>144</sup> *inerat*. El verbo concierta con el último sustantivo. Gr. 165, obs. 1.

*Tras el envío de emisarios a diversas ciudades de Italia, y de una nueva reunión de los conjurados en la noche del 6 al 7 de noviembre, séguense una tentativa de asesinato contra el cónsul, la concesión a éste de poderes extraordinarios, la adopción de medidas en Italia y Roma (XXVIII-XXX) y la famosa sesión del Senado en que Cicerón pronunció la primera Catilinaria (XXXI). Catilina huye de Roma y va a reunirse en Etruria con Malio, su lugarteniente, no sin dejar cómplices en la ciudad para organizar el incendio de la misma y la matanza de los buenos ciudadanos. (XXXII).*

XXXI. Quibus rebus permota civitas atque immutata urbis facies erat. Ex summa laetitia atque lascivia, quae<sup>145</sup> diuturna quies<sup>146</sup> pepererat, repente omnes tristitia invasit: festinare, trepidare, neque loco, neque homini cuiquam satis credere, neque bellum gerere neque pacem habere, suo quisque metu pericula metiri. Ad hoc mulieres, quibus rei publicae magnitudine<sup>147</sup> belli timor insolitus incesserat, afflictae sese, manus supplices ad caelum tendere, miserari parvos liberos, rogare, omnia pavere, superbia atque deliciis omissis, sibi patriaeque diffidere.<sup>148</sup>

At Catilinae crudelis animus eadem illa movebat, tametsi praesidia parabantur et ipse lege Plautia<sup>149</sup> interrogatus erat<sup>150</sup> ab L. Paulo. Postremo dissimulandi causa aut sui expurgandi,

<sup>145</sup> quae. Acus. pl. neutro, que tiene como antecedentes los femeninos "laetitia", y "lascivia".

<sup>146</sup> diuturna quies. No mayor de veinte años, o sea desde la victoria de Sila.

<sup>147</sup> magnitudine: «fortaleza». Abl. de causa, dependiente del predicado insolitus.

<sup>148</sup> sibi...diffidere (Gr. 444 b): "suae saluti desperare".

<sup>149</sup> lege Plautia. Promulgada en el año 89, a propuesta del tribuno M. Plautio Silvano, contra la violencia pública o privada.

<sup>150</sup> interrogatus erat: «había sido citado en justicia» (para responder del reclutamiento de bandas en Etruria).

sicut iurgio lacessitus foret, in senatum venit.<sup>151</sup> Tum M. Tullius consul, sive praesentiam eius timens, sive ira commotus, orationem<sup>152</sup> habuit luculentam atque utilem rei publicae, quam postea scriptam edidit.<sup>153</sup> Sed ubi ille assedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso voltu, voce supplicii postulare a patribus coepit ne quid de se temere crederent; ea<sup>154</sup> familia ortum, ita se ab adulescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet;<sup>155</sup> ne existumarent sibi patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Romanam essent, perdita republica opus esse, cum eam servaret M. Tullius, inquilinus<sup>156</sup> civis urbis Romae. Ad hoc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam<sup>157</sup> vocare. Tum ille furibundus: “Quoniam quidem circumventus” inquit, “ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam”.

XXXII. Deinde se ex curia<sup>158</sup> domum proripuit. Ibi multa ipse secum volvens, quod neque insidiae consuli procedebant et ab incendio intellegebat urbem vigiliis munitam, optimum factu<sup>159</sup> credens exercitum augere ac, prius quam legiones scribe-

<sup>151</sup> *in senatum venit.* La sesión se celebró el 7 de noviembre en el templo de “Iuppiter Stator”.

<sup>152</sup> *orationem.* La primera Catilinaria. (Véase anteriormente, págs. 160 s.)

<sup>153</sup> *scriptam edidit:* «escribió y publicó». Gr. 480 a.

<sup>154</sup> *ea:* «tal», «tan distinguida».

<sup>155</sup> *in spe haberet:* “posset sperare”.

<sup>156</sup> *inquilinus.* Aquí «inquilino», «ciudadano de ocasión». Catilina recuerda despectivamente a Cicerón su origen provincial; pero Arpino, pueblo natal del orador, disfrutaba del derecho de ciudadanía Romana desde el año 188 a. J. C.

<sup>157</sup> *parricidam:* “perduellem”.

<sup>158</sup> *ex curia:* «del Senado».

<sup>159</sup> *factu.* Gr. 156 b.

rentur,<sup>160</sup> multa antecapere, quae bello usui forent,<sup>161</sup> nocte in-tempesta cum paucis in Manlania castra profectus est. Sed Cethego atque Lentulo ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent,<sup>162</sup> opes factionis confirment,<sup>163</sup> insidias consuli maturent, caedem, incendia aliaque belli facinora parent: sese prope diem cum magno exercitu ad urbem accessurum.<sup>164</sup>

*Carta de Manlio a Q. Marcio Rex y respuesta de éste (XXXIII-XXXIV). Carta de Catilina a Q. Catulo (XXVV). El conspirador y su lugarteniente son declarados enemigos del Estado. Confíase a C. Antonio el mando del ejército y a Cicerón la vigilancia dentro de la ciudad. (XXXVI).*

XXXVI. Sed ipse, paucos dies commoratus apud C. Flaminium<sup>165</sup> in agro Arretino,<sup>166</sup> dum vicinitatem antea sollicitatam armis exornat, cum fascibus atque aliis imperi insignibus<sup>167</sup> in castra ad Manlium<sup>168</sup> contendit. Haec ubi Romae comperita sunt, senatus Catilinam et Manlium hostes<sup>169</sup> iudicat, ceterae<sup>170</sup> multitudini diem statuit, ante quam sine fraude<sup>171</sup> li-

<sup>160</sup> *legiones scriberentur.* Gr. 525, 3. Por los pretores Pompeyo Rufo y Metelo Celer.

<sup>161</sup> *quae bello usui forent.* Gr. 433 b. Con el subjuntivo se indica el pensamiento de Catilina.

<sup>162</sup> *quibus rebus possent:* «por todos los medios posibles».

<sup>163</sup> *mandat...confirment.* Gr. 524.

<sup>164</sup> *accessurum.* (dir.: "accedam").

<sup>165</sup> *C. Flaminium.* Probablemente un veterano de Sila.

<sup>166</sup> *in agro Arretino.* El territorio de Arretium, hoy Arezzo, en Etruria.

<sup>167</sup> *aliis imperi insignibus.* Es decir, la silla curul y el "paludamentum".

<sup>168</sup> *Manlium.* Antiguo centurión de Sila, promotor de la insurrección en Etruria y jefe de las tropas concentradas en Fiésole.

<sup>169</sup> *hostes:* «enemigos públicos».

<sup>170</sup> *ceterae.* Con un plural colectivo emplea Salustio el singular femenino, lo mismo que "pleraque". Así, "ceterae multitudini" equivale a "ceteris".

<sup>171</sup> *sine fraude:* «impunemente».

ceret ab armis discedere, praeter<sup>172</sup> rerum capitalium condemnatis. Praeterea decernit uti consules delectum habeant, Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet,<sup>173</sup> Cicero urbi praesidio sit.

Ea tempestate mihi imperium populi Romani multo<sup>174</sup> maxime miserabile visum est. Cui cum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent, domi otium atque divitiae, quae prima mortales putant, affluerent, fuere tamen cives, qui seque remque publicam obstinatis animis perditum irent.<sup>175</sup> Namque duobus senati decretis<sup>176</sup> ex tanta multitudine neque praemio inductus coniurationem patefecerat, neque ex castris Catilinae quisquam omnium discesserat: tanta vis morbi ac veluti tabes plerosque civium animos invaserat.

*Exposición de las causas que contribuían a hacer temible la conjuración (XXXVII-XXXIX). Léntulo, amigo de Catilina, procura atraer a su partido a una diputación de los Alóbroges venida a Roma para quejarse al Senado de sus gobernantes. Los diputados, después de un momento de vacilación, hacen saber al cónsul las maniobras de los conjurados. Lógrase sofocar algunos levantamientos en Galia e Italia. Léntulo, secundado por los demás jefes del partido de Catilina, se dispone a arrasar a Roma (XL-XLIII). Detención de los conjurados y entusiasmo del pueblo por Cicerón. (XLIV-XLVIII).*

XLIV. Sed Allobroges<sup>177</sup> ex praecepto Ciceronis per Gabi-

<sup>172</sup> praeter. Adv. ("praeterquam").

<sup>173</sup> persequi...maturet. Gr. 472 a.

<sup>174</sup> multo: "longe".

<sup>175</sup> perditum irent. Perífrasis arcaica y popular, frecuente en Salustio. Equivale a "perderent".

<sup>176</sup> duobus senati (Gr. 322) decretis: «a pesar de los dos decretos del Senado». El primero de estos decretos lo menciona Salustio en el cap. XXX.

<sup>177</sup> Allobroges. Pueblo de la provincia Narbonense.

nium<sup>178</sup> ceteros conveniunt. Ab Lentulo,<sup>179</sup> Cethego,<sup>180</sup> Statilio,<sup>181</sup> item Cassio<sup>182</sup> postulant ius iurandum, quod signatum<sup>183</sup> ad cives perferant: aliter haud facile eos ad tantum negotium impelli posse. Ceteri nihil suspicantes dant; Cassius semet eo<sup>184</sup> brevi venturum pollicetur ac paulo ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum iis T. Volturcium quendam Crotoniensem<sup>185</sup> mittit, ut Allobroges, prius quam domum pergerent, cum Catilina, data atque accepta fide, societatem confirmarent.<sup>186</sup> Ipse Volturcio litteras ad Catilinam dat, quarum exemplum infra scriptum est:

“Qui<sup>187</sup> sim, ex eo, quem ad te misi,<sup>188</sup> cognosces. Fac cogites<sup>189</sup> in quanta calamitate sis, et memineris te virum esse.<sup>190</sup> Consideres, quid tuae rationes postulent. Auxilium petas<sup>191</sup> ab omnibus, etiam ab infimis”.

Ad hoc mandata verbis dat: cum ab senatu hostis iudicatus sit, quo consilio servitia repudiet? In urbe parata esse quae iusserit.<sup>192</sup> Ne cunctetur<sup>193</sup> ipse propius accedere.

<sup>178</sup> *Gabinus*. P. Gabinio Capitón, uno de los conjurados, era de familia ecuestre.

<sup>179</sup> *Lentulo*. Cornelio Léntulo Sura, cónsul en 71.

<sup>180</sup> *Cethego*. Cornelio Cetego, uno de los cabecillas de la conjuración en Roma.

<sup>181</sup> *Statilio*. L. Estatilio, del orden ecuestre.

<sup>182</sup> *Cassio*. L. Casio Longino.

<sup>183</sup> *signatum*: «sellado», «signado» con el sello anular.

<sup>184</sup> *eo*: «allá» (a la región de los Alóbroges).

<sup>185</sup> *Crotoniensem*. Natural de Crotona, en Calabria, colonia fundada por los Griegos y colonizada por los Romanos en 194.

<sup>186</sup> *mittit ut...confirmarent*. Gr. 506, 2 b.

<sup>187</sup> *qui*: “quis”: «quién soy». Léntulo no había impreso su sello en la carta.

<sup>188</sup> *misi*. Gr. 464.

<sup>189</sup> *fac cogites*. Gr. 524.

<sup>190</sup> *memineris...esse*. Gr. 493 a, obs.

<sup>191</sup> *consideres, petas*. Gr. 142 e.

<sup>192</sup> *quae iusserit*. Gr. 543, 4.

<sup>193</sup> *ne cunctetur*. Gr. 548 b.

XLV. His rebus ita actis, constituta nocte qua proficiscerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco<sup>194</sup> et C. Pomptino<sup>195</sup> praetoribus imperat, ut in ponte Mulvio<sup>196</sup> per insidias Allobrogum comitatus<sup>197</sup> deprehendant. Rem omnem aperit, cuius gratia<sup>198</sup> mittebantur; cetera, uti facto opus sit, ita agant permittit.<sup>199</sup> Illi,<sup>200</sup> homines militares, sine tumultu praesidiis collocatis, sicuti praeceptum erat, occulte pontem obsidunt. Postquam ad id loci<sup>201</sup> legati cum Volturcio venerunt et simul utrimque clamor exortus est, Galli, cito cognito consilio, sine mora praetoribus se tradunt. Volturcius primo cohortatus<sup>202</sup> ceteros, gladio se a multitudine defendit; deinde, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat, postremo timidus ac vitae diffidens, velut hostibus sese praetoribus dedit.<sup>203</sup>

XLVI. Quibus rebus confectis, omnia propere per nuntios consuli declarantur. At illum ingens cura atque laetitia simul occupavere: nam laetabatur intellegens, coniuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse; porro<sup>204</sup> autem anxius erat, dubitans, in maximo scelere tantis civibus deprehensis, quid fac-

<sup>194</sup> L. Valerio Flacco. Propretor en Asia en 62, fué después acusado de concusión y defendido por Cicerón.

<sup>195</sup> C. Pomptino. Propretor, en 61, de la Galia Narbonense, dominó una insurrección de los propios Alóbroges.

<sup>196</sup> *ponte Mulvio*. Hoy puente Molle, sobre el Tíber, cerca de Roma.

<sup>197</sup> *comitatus*. Ac. plu.

<sup>198</sup> *gratia*, Gr. 255.

<sup>199</sup> *opus sit... agant permittit*. Gr. 508.

<sup>200</sup> *illi*. (Valerio Flaco y C. Pomptino).

<sup>201</sup> *id loci* (Gr. 428 d): "eum locum".

<sup>202</sup> *cohortatus*, y, más abajo, "obtestatus". Gr. 476.

<sup>203</sup> *dedit*. Presente.

<sup>204</sup> *porro*: «adelante», «avanzando más» (en el espacio o en el tiempo). Denota aquí la progresión en las reflexiones del cónsul Cicerón.



to opus esset; poenam illorum sibi oneri,<sup>205</sup> impunitatem per-  
 undae rei publicae fore<sup>206</sup> credebat. Igitur, confirmato animo,  
 vocari ad sese iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium,  
 itemque Caeparium Terracinensem,<sup>207</sup> qui in Apuliam ad con-  
 citanda servitia proficisci parabat. Ceteri sine mora veniunt;  
 Caeparius, paulo ante domo egressus, cognito indicio,<sup>208</sup> ex ur-  
 be profugerat. Consul Lentulum, quod praetor erat, ipse manu  
 tenens in senatum perducit, reliquos cum custodibus in aedem  
 Concordiae<sup>209</sup> venire iubet. Eo senatum advocat magnaue fre-  
 quentia eius ordinis Volturcium cum legatis introducit: Flac-  
 cum praetorem scrinium cum litteris, quas a legatis acceperat,  
 eodem afferre iubet.

XLVII. Volturcius interrogatus de itinere, de litteris, pos-  
 tremo quid aut qua de causa consili habuisset,<sup>210</sup> primo fingere  
 alia, dissimulare de coniuratione; post, ubi fide publica<sup>211</sup> dicere  
 iussus est, omnia, uti gesta erant, aperit docetque se, paucis ante  
 diebus, a Gabinio et Caepario socium adscitum, nihil amplius  
 scire quam legatos;<sup>212</sup> tantummodo audire solitum ex Gabinio

<sup>205</sup> *sibi oneri...fore*. En cuanto al hecho, sus temores se confirmaron, ya que, acusado por el partido popular de haber mandado ajusticiar a unos ciudadanos Romanos sin proceso regular, sufrió un destierro de dieciocho meses.

<sup>206</sup> *perundae rei publicae fore*: «tendería a la destrucción de la república». Este es el sentido especial de “esse”, construido con el genitivo de un sustantivo, acompañado del gerundivo.

<sup>207</sup> *Terracinensem*. De Terracina, en el Lacio.

<sup>208</sup> *cognito indicio*: «cuando supo la delación». Gr. 454 c.

<sup>209</sup> *in aedem Concordiae*. El templo de la Concordia estaba situado en la pendiente oriental del Capitolio; en él se celebraban con frecuencia las sesiones senatoriales.

<sup>210</sup> *quid...habuisset*. Las dos interrogativas “quid...consili habuisset” y “qua de causa” (“id habuisset”), se funden en una.

<sup>211</sup> *fide publica*: «con la garantía del Estado». Se le aseguraba la impunidad prometida a los delatores de la conjura por un reciente decreto del Senado.

<sup>212</sup> *quam legatos* (“sciebant”).



P. Autronium,<sup>213</sup> Ser. Sullam,<sup>214</sup> L. Vargunteium,<sup>215</sup> multos praeterea in ea coniuratione esse. Eadem Galli fatentur ac Lentulum dissimulantem<sup>216</sup> coarguunt, praeter litteras,<sup>217</sup> sermonibus, quos ille habere solitus erat: ex libris Sibyllinis<sup>218</sup> regnum Romae tribus Corneliis portendi; Cinnam<sup>219</sup> atque Sullam<sup>220</sup> antea,<sup>221</sup> se tertium esse, cui fatum foret<sup>222</sup> urbis potiri;<sup>223</sup> praeterea ab incenso Capitolio<sup>224</sup> illum esse vigesimum annum, quem saepe ex prodigiis haruspices<sup>225</sup> respondissent bello civili cruentum fore. Igitur, perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cognovissent,<sup>226</sup> senatus decernit uti abdicato magistratu<sup>227</sup> Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis<sup>228</sup> habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri,<sup>229</sup> qui tum aedilis erat, Cethe-

<sup>213</sup> *P. Autronium*. Senador y cónsul, en el año 66.

<sup>214</sup> *S. Sullam*. Sobrino del famoso dictador. Tomó parte en la conjuración, así como su hermano Publio.

<sup>215</sup> *L. Vargunteium*. Del orden ecuestre. Ofrecióse a Catilina para atacar contra la vida de Cicerón.

<sup>216</sup> *dissimulantem*. Gr. 480 a.

<sup>217</sup> *praeter*. Gr. 252, 19 d.

<sup>218</sup> *ex libris Sibyllinis*. Colección de profecías de la Sibila de Cumas, conservada en el templo de Júpiter Capitolino hasta el año 83, en que se quemó. Rehecha, fué confiada a la custodia del colegio sacerdotal de los "quindecemviri sacris faciendis".

<sup>219</sup> *Cinnam*. L. Cornelio Cina, cónsul y jefe del partido popular. Se adueñó de Roma después de la muerte de Mario, del 87 al 84.

<sup>220</sup> *Sullam*. El dictador (138-78 a. J. C.)

<sup>221</sup> *antea* ("se fuisse").

<sup>222</sup> *cui fatum foret*. Gr. 543, 4.

<sup>223</sup> *urbis potiri*. Construcción rara en la época clásica. Gr. 441 b.

<sup>224</sup> *incenso Capitolio*. Suceso acaecido en julio del año 93.

<sup>225</sup> *haruspices*. Los arúspices adivinaban los hechos futuros por la observación de las entrañas de los animales sacrificados. Su arte era de origen etrusco.

<sup>226</sup> *signa sua cognovissent*: «habiendo reconocido sus sellos», como prueba de que sus cartas no habían sido abiertas.

<sup>227</sup> *abdicato magistratu*. Ningún magistrado podía ser citado en juicio sin haber abandonado previamente su cargo.

<sup>228</sup> *in liberis custodiis*: «arrestados».

<sup>229</sup> *P. Lentulo Spintheri*. Edil curul en el año 63 y cónsul en 57.

gus Q. Cornificio,<sup>230</sup> Statilius C. Caesari, Gabinius M. Crasso,<sup>231</sup> Caeparius —nam is paulo ante ex fuga retractus erat— Cn. Terentio senatori traduntur.

XLVIII. Interea plebs, coniuratione patefacta, quae primo cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutata mente, Catilinae consilia exsecrari, Ciceronem ad caelum tollere; veluti ex servitute erepta gaudium atque laetitiam agitabat. Namque alia belli facinora praedae magis quam detrimento fore, incendium vero crudele, immoderatum ac sibi maxime calamitosum putabat, quippe cui<sup>233</sup> omnes copiae in usu cotidiano et cultu corporis<sup>234</sup> erant.

Post eum diem<sup>235</sup> quidam L. Tarquinius ad senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem<sup>236</sup> ex itinere retractum aiebant. Is cum se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset,<sup>237</sup> iussus a consule quae sciret<sup>238</sup> edicere, eadem fere quae Volturcius de paratis incendiis, de caede bonorum, de itinere hostium senatum docet:<sup>239</sup> praeterea se

<sup>230</sup> Q. Cornificio. Competidor de Cicerón en el consulado.

<sup>231</sup> M. Crasso. Cónsul en el año 70. Formó parte del primer triunvirato, y pereció en 53, en lucha contra los Partos.

<sup>232</sup> *coniuratione patefacta*. En la tercera "Catilinaria" dió cuenta Cicerón al pueblo de los resultados de la sesión senatorial que acababa de celebrarse (3 de diciembre 63), y en la cual se decretó la culpabilidad y detención de los conjurados y se acordó dar las gracias a los cónsules y a los dos propretors por su patriotismo y ordenar una "supplicatio" en honor de Cicerón.

<sup>233</sup> *quippe cui...erant*. La construcción clásica es el subjuntivo. Gr. 543, 1 a.

<sup>234</sup> *in usu cotidiano et cultu corporis*. Sentido concreto: «en objetos necesarios para la vida diaria y el vestir», o sea «muebles y vestidos».

<sup>235</sup> *post eum diem*: "postridie".

<sup>236</sup> *proficiscentem*. Gr. 480 a.

<sup>237</sup> *se diceret indicaturum... si... data esset* (dir. "indicabo...si data erit"). Gr. 550 b y 551 a.

<sup>238</sup> *quae sciret*, Gr. 543, 4.

<sup>239</sup> *eadem...senatum docet*. Gr. 418 a.

missum a M. Crasso,<sup>240</sup> qui Catilinae nuntiaret,<sup>241</sup> ne eum Lentulus et Cethegus aliique ex coniuratione deprehensi terrerent, eoque<sup>242</sup> magis properaret ad urbem accedere, quo<sup>243</sup> et ceterorum animos reficerent et illi facilius e periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maxumis divitiis, summa potentia,<sup>244</sup> alii rem incredibilem rati,<sup>245</sup> pars, tametsi verum existumabant, tamen, quia in tali tempore tanta vis hominis<sup>246</sup> magis leniunda quam exagitanda videbatur, plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii, conclamant indicem falsum esse, deque ea re postulant uti referatur.<sup>247</sup> Itaque consulente Cicerone frequens senatus decernit: Tarquini indicium falsum videri,<sup>248</sup> eumque in vinculis retinendum, neque amplius potestatem<sup>249</sup> faciendam, nisi de eo indicaret, cuius consilio tantam rem esset mentitus. Erant eo tempore qui existumarent<sup>250</sup> indicium illud a P. Autronio<sup>251</sup> machinatum,<sup>252</sup> quo facilius, appellato Crasso, per societatem periculi reliquos illius potentia<sup>253</sup> tegeret. Alii Tarquinium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus, more suo suscepto malorum pa-

<sup>240</sup> M. Crasso. Vid. nota 231.

<sup>241</sup> qui...nuntiaret. Gr. 543, 1 b.

<sup>242</sup> eoque: «sino tanto».

<sup>243</sup> quo. Gr. 529.

<sup>244</sup> maxumis divitiis, summa potentia. Gr. 449.

<sup>245</sup> rati. Gr. 476 c.

<sup>246</sup> tanta vis hominis: "vir tanta vi praeditus".

<sup>247</sup> uti referatur: «que se delibere» (en el Senado).

<sup>248</sup> videri. Palabra técnica usada en los decretos senatoriales y en las sentencias.

<sup>249</sup> potestatem: «ocasión», «posibilidad» (de volver a declarar).

<sup>250</sup> erant...qui existumarent. Gr. 543 1 c.

<sup>251</sup> P. Autronio. Aristócrata libertino, nombrado cónsul para el año 66 e inhabilitado políticamente a causa de una condena por intriga ilegal.

<sup>252</sup> machinatum. Sentido pasivo. Gr. 476 a.

<sup>253</sup> appellato Crasso... illius potentia. La construcción con el genitivo "appellati Crassi potentia" es más normal que la del abl. absoluto.

trocinio, rem publicam conturbaret. Ipsum Crassum ego postea praedicantem<sup>254</sup> audivi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone impositam.

*Tras nuevas denuncias encaminadas a complicar en el asunto a Craso y a César (XLIX), se reúne el Senado el 5 de diciembre (L). César pronuncia un discurso solicitando la confiscación de bienes y detención perpetua de los culpables (LI). Conclusión del discurso de César.*

LI. "...Placet igitur<sup>255</sup> eos dimitti et augeri exercitum Catilinae? Minime. Sed ita censeo: publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxume opibus valent; neu quis de iis postea ad Senatum referat neve cum populo agat;<sup>256</sup> qui aliter fecerit, senatum existumare eum contra rem publicam et salutem omnium facturum".

*Catón se pronuncia por la pena de muerte (LII). He aquí el final de su discurso.*

LII. "...Quare ita ego censeo: cum nefario consilio sceleratorum civium res publica in maxuma pericula venerit, eique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum convicti confessique sint caedem, incendia aliaque se foeda atque crudelia facinora in cives patriamque paravisse, de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium,<sup>257</sup> more maiorum, supplicium sumundum."

<sup>254</sup> *praedicantem.* Gr. 480 a.

<sup>255</sup> *placet igitur.* César se anticipa a una posible objeción.

<sup>256</sup> *neve cum populo agat:* «ni trate con el pueblo», o sea «ni presente proposición acerca de ellos en los comicios».

<sup>257</sup> *manifestis rerum capitalium:* «como a convictos de delito capital». Por analogía con los "verba iudicialia" (Gr. 430 a) "manifestis" se construye con genitivo del objeto del delito.

El Senado se decide por la propuesta de Catón (LIII). Salustio, después de deplorar nuevamente la corrupción moral de su tiempo, traza el siguiente paralelo entre César y Catón (LIV).

LIV. Igitur iis *genus*,<sup>258</sup> *aetas*,<sup>259</sup> *eloquentia* prope *aequalia* fuere; *magnitudo animi* par, *item gloria*, sed *alia alii*.<sup>260</sup> *Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur*, *integritate vitae Cato*. *Ille mansuetudine et misericordia clarus factus*, huic *severitas dignitatem addiderat*. *Caesar dando, sublevando, ignoscendo*, *Cato nihil largiundo gloriam adeptus est*. *In altero miseris perfugium erat, in altero malis pernicies*. *Illius facilitas, huius constantia laudabatur*. *Postremo Caesar in animum induxerat*<sup>261</sup> *laborare, vigilare; negotiis amicorum intentus sua neglegere, nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum novom*<sup>262</sup> *exoptabat, ubi virtus enitescere posset*. *At Catoni studium modestiae, decoris, sed maxume severitatis erat; non divitiis cum divite neque factione*<sup>263</sup> *cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat; esse quam videri bonus malebat*:<sup>264</sup> *ita, quo minus petebat gloriam, eo magis illum sequebatur*.<sup>265</sup>

<sup>258</sup> *genus*. Acerca de la "gens Iulia", vid. pág. 42, nota 1; los "Porcii", de origen plebeyo, se habían ennoblecido a partir de Catón, "el Censor".

<sup>259</sup> *aetas*. César había nacido en el año 100; Catón en el 95.

<sup>260</sup> *alii*. Usase "alius", a pesar de tratarse de dos personas, sin duda por la proximidad de "alia"; "alia alii". Gr. 228.

<sup>261</sup> *in animum induxerat*. El uso clásico omite la preposición.

<sup>262</sup> *bellum novom*. Es decir, empezada por el propio César.

<sup>263</sup> *factione*: «intriga política».

<sup>264</sup> *esse...malebat*. Gr. 472 d.

<sup>265</sup> *sequebatur*. Sujeto, sobreentendido, "gloria".

*Ejecución de Léntulo y sus cómplices (LIV). Catilina, sabedor de lo ocurrido en Roma, intenta huir a la Galia Cisalpina. No pudiendo lograrlo, se decide a dar la batalla al cónsul Antonio. Arenga a sus tropas y lo dispone todo para el combate, mientras Petreyo, lugarteniente de Antonio, que había asumido el mando por enfermedad del cónsul, hace otro tanto (LIX). Trábase el combate, y Catilina y los suyos son vencidos y muertos. (LX-LXI).*

LX. Sed ubi omnibus rebus exploratis, Petreius<sup>266</sup> tuba signum dat, cohortis paulatim incedere iubet; idem facit hostium exercitus. Postquam eo ventum est, unde a ferentariis<sup>267</sup> proelium committi posset, maximo clamore cum infestis signis<sup>268</sup> concurrunt; pila omittunt, gladiis res geritur. Veterani pristinae virtutis memores cominus acriter instare, illi haud timidi<sup>269</sup> resistunt: maxuma vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie<sup>270</sup> vorsari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcessere, omnia providere, multum ipse pugnare, saepe hostem ferire; strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequabatur. Petreius ubi videt Catilinam, contra ac<sup>271</sup> ratus erat, magna vi tendere,<sup>272</sup> cohortem praetoriam<sup>273</sup> in medios hostes inducit eosque perturbatos atque alios alibi resistentes in-

<sup>266</sup> *Petreius*. Lugarteniente de C. Antonio, abrazó el partido de Pompeyo durante la guerra civil.

<sup>267</sup> *a ferentariis*. Palabra rara, usada para indicar tropas auxiliares, someramente armadas.

<sup>268</sup> *cum infestis signis*. Más frecuentemente sin "cum".

<sup>269</sup> *haud timidi*: «valerosamente». Predicado. Gr. 42 y 158, obs. 3. Alúdense a los soldados de Catilina. Es una litote o atenuación.

<sup>270</sup> *prima acie*: «en primera línea».

<sup>271</sup> *contra ac*. Gr. 538 d.

<sup>272</sup> *magna vi tendere*: «resistía con todas sus fuerzas».

<sup>273</sup> *cohortem praetoriam*. Guardia del general compuesta de nobles, veteranos y aliados escogidos.

terficit. Deinde utrimque ex lateribus ceteros aggreditur.<sup>274</sup> Manlius et Faesulanus in primis pugnantes cadunt. Catilina, postquam fusas copias seque cum paucis relictum videt, memor generis atque pristinae dignitatis suae, in confertissimos hostes incurrit ibique pugnans confoditur.

LXI. Sed confecto proelio, tum vero<sup>275</sup> cerneres, quanta audacia quantaque vis animi fuisset in exercitu Catilinae. Nam fere quem quisque vivos<sup>276</sup> pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios<sup>277</sup> cohors praetoria disiecerat, paulo divorsius, sed omnes tamen advorsis vulneribus<sup>278</sup> conciderant. Catilina vero longe a suis inter hostium cadavera repertus est, paululum etiam spirans ferociamque animi, quam habuerat vivos, in voltu retinens. Postremo ex omni copia neque in proelio neque in fuga quisquam civis ingenuos captus est: ita cuncti suae hostiumque vitae iuxta<sup>279</sup> pepercerant. Neque tamen exercitus populi Romani laetam aut incruentam victoriam adeptus erat; nam strenuissimus quisque<sup>280</sup> aut occiderat in proelio aut graviter vulneratus discesserat. Multi autem, qui e castris visundi aut spoliandi gratia processerant, volventes hostilia cadavera amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant; fuere item qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum laetitia, maeror, luctus atque gaudia<sup>281</sup> agitabantur.

<sup>274</sup> *utrimque...aggreditur*. Deshecho el centro, la cohorte pretoria ataca de flanco las alas del enemigo.

<sup>275</sup> *tum vero*: «entonces realmente».

<sup>276</sup> *vivos*: "vivus" (como, más abajo, «ingenuos» y antes "novos", nota 132). Gr. 296.

<sup>277</sup> *pauci...quos medios*: "pauci ex mediis quos".

<sup>278</sup> *advorsis vulneribus*: «con heridas recibidas por delante», o sea «de cara al enemigo».

<sup>279</sup> *iuxta*: "pariter".

<sup>280</sup> *strenuissimus* (superlativo poco frecuente, Gr. 337) *quisque*. Gr. 378 d.

<sup>281</sup> *laetitia, maeror, luctus atque gaudia*. Chiasmo.

## BELLUM IUGURTHINUM.

*Motivos por los cuales se propone Salustio historiar la guerra de Yugurta. Preliminares.*

V. Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha, rege Numidarum, gessit, primum, quia magnum et atrox variaque victoria<sup>1</sup> fuit, dehinc quia tum primum<sup>2</sup> superbiae nobilitatis obviam<sup>3</sup> itum est. Quae contentio<sup>4</sup> divina et humana cuncta permiscuit eoque vecordiae<sup>5</sup> processit, uti studiis civilibus<sup>6</sup> bellum atque vastitas Italiae finem faceret. Sed priusquam huiusmodi rei initium expedio<sup>7</sup>, pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis<sup>8</sup> magisque in aperto sint.

<sup>1</sup> *magnum et atrox variaque victoria.* Es frecuente en Salustio la unión de un genitivo o ablativo de cualidad ("varia victoria") con un adjetivo ("magnum et atrox"). Cfr. Iugurtha, I, 1: "imbecilla atque aevi brevis".

<sup>2</sup> *tunc primum.* Desde la muerte de C. Graco (121 a. J. C.) Aunque en tiempo de los Gracos había habido luchas entre el Senado y el pueblo, fué más tarde cuando las disensiones tomaron el carácter de una verdadera guerra civil permanente.

<sup>3</sup> *superbiae...obviam.* Gr. 401.

<sup>4</sup> *quae contentio.* La lucha entre la democracia y la nobleza.

<sup>5</sup> *eoque vecordiae.* Gr. 399.

<sup>6</sup> *studiis civilibus:* «a la lucha de los partidos».

<sup>7</sup> *bellum.* Alusión a la guerra civil y a la rivalidad de Mario y Sila. "Priusquam expedio". Gr. 525 b.

<sup>8</sup> *quo...magis:* "quo (Gr. 529), omnia sint magis illustria: ("facilio- ra"), ad cognoscendum": «para conocer», «para el conocimiento».

Bello Punico secundo,<sup>9</sup> quo dux Carthaginensium Hannibal, post magnitudinem nominis<sup>11</sup> Romani, Italiae opes maxime attriverat, Masinissa,<sup>12</sup> rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerat. Ob quae, victis Carthaginensibus et capto Syphace, cuius in Africa magnum<sup>13</sup> atque late imperium valuit, populus Romanus, quas-cumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit, sed imperi<sup>15</sup> vitaeque eius finis idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus obtinuit, Manastabale et Gulussa fratribus morbo<sup>16</sup> absumptis. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit Iugurthamque, Manastabalis fratris filium, quem<sup>17</sup> Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum<sup>18</sup> dereliquerat, eodum cultu quo liberos suos domi habuit.

<sup>9</sup> *bello Punico secundo* (218-201 a. J. C.)

<sup>10</sup> *post magnitudinem*: «desde el engrandecimiento» (del pueblo Romano).

<sup>11</sup> *nominis*: “imperium”.

<sup>12</sup> *Masinissa*. (238-149). Padre de Micipsa y abuelo de Yugurta. Fue primero rey de Numidia Oriental y luego de todo el territorio numídico, cuando Lelio, lugarteniente de Escipión destronó (203) a su rival Syphax, rey de la región occidental (Argel y Orán).

<sup>13</sup> *magnum*. Adjetivo usado con valor adverbial.

<sup>14</sup> *manu*: «a mano armada».

<sup>15</sup> *imperium*. Se refiere al poderío de Masinisa sobre toda Numidia, desaparecido, en efecto, al dividir el reino entre sus hijos Micipsa (149-118), Gulusa y Manastabale y no restaurado hasta que Micipsa, único superviviente de los tres, reunió de nuevo a los Nómidas bajo su cetro.

<sup>16</sup> *fratribus...absumptis*. Gr. 454 d.

<sup>17</sup> *quem* (“Iugurtham”).

<sup>18</sup> *privatum*: «sin derecho a suceder en el trono».

*Adolescencia de Yugurta. Sus méritos y popularidad despiertan los recelos de Micipsa.*

VI. Qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio<sup>19</sup> validus, non se luxu<sup>20</sup> neque inertiae corrumpendum dedit,<sup>21</sup> sed, uti mos gentis illius est, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare et, cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esse; ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus aut in primis ferire, plurimum facere, minimum ipse de se loqui.<sup>22</sup> Quibus rebus Micipsa, tametsi initio laetus fuerat, existumans virtutem Iugurthae regno suo gloriae fore, tamen, postquam hominem adulescentem, exacta sua aetate et parvis liberis, magis magisque crescere intellegit, vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo<sup>23</sup> volvebat. Terrebat eum natura mortalium, avida imperi et praeceps ad explendam animi cupidinem; praeterea opportunitas<sup>24</sup> suae liberorumque aetatis, quae etiam mediocres viros spe praedae transversos agit;<sup>25</sup> ad hoc studia Numidarum in Iugurtham accensa, ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat.<sup>26</sup>

<sup>19</sup> *ingenio*: «prendas intelectuales».

<sup>20</sup> *luxu*. Dativo. (Gr. 323). Forma usada en tiempos de Salustio y única admitida por César en su "De Analogia".

<sup>21</sup> *corrumpendum dedit*, Gr. 480 c.

<sup>22</sup> *loqui*. Infinitivo histórico, como los anteriores "equitari", "iaculari", "certare", "esse", "agere", "ferire", "facere", Gr. 138.

<sup>23</sup> *cum animo suo*: "secum".

<sup>24</sup> *opportunitas*: «la ocasión».

<sup>25</sup> *transversos agit*: «lanza fuera del camino derecho». Gr. 158, obs. 3.

<sup>26</sup> *anxius erat...ne*. Gr. 520 a.

*Es enviado Yugurta a la guerra de Numancia, en la cual se cubre de gloria y se granjea la amistad de los Romanos.*

VII. His difficultatibus circumventus, ubi videt neque per vim neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus, quod erat <sup>27</sup> Iugurtha manu promptus et appetens gloriae <sup>28</sup> militaris, statuit eum obiectare periculis et eo modo fortunam tentare. Igitur, bello Numantino,<sup>29</sup> Micipsa, cum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans vel ostentando virtutem vel hostium saevitia <sup>30</sup> facile eum occasurum, praefecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat. Sed ea res longe aliter ac <sup>31</sup> ratus erat evenit. Nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio,<sup>32</sup> ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat,<sup>33</sup> et morem <sup>34</sup> hostium cognovit, multo labore multaue cura, praeterea modestissime parendo et saepe obviam eundo periculos, in tantam claritudinem brevi pervererat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maximo terrori esset. Ac sane, quod difficillimum in primis est, et proelio strenuus erat et bonus consilio; quorum alterum ex providentia timorem, alterum <sup>35</sup> ex audacia temeritatem afferre plerum-

<sup>27</sup> *quod erat*: «ya que era».

<sup>28</sup> *appetens gloriae*. Gr. 429 b.

<sup>29</sup> *bello Numantino*. Numancia resistió victoriosamente al poder Romano durante muchos años y fué tomada en 133 a. J. C. por Escipión Emiliano, el segundo "Africano".

<sup>30</sup> *saevitia*. Significa aquí esta palabra, no «crueldad», sino «ardor guerrero». Con este mismo sentido llama "saevus" Virgilio a Eneas y a Héctor.

<sup>31</sup> *aliter ac*. Gr. 538 d.

<sup>32</sup> *ut erat...acri ingenio*: "pro ingenio suo impigro atque acri".

<sup>33</sup> *Romanis imperator erat*: "Romanis imperabat".

<sup>34</sup> *morem*: «el modo de combatir».

<sup>35</sup> *alterum...alterum*. El primer "alterum" se refiere a "bonus consilio" y el segundo a "proelio strenuus". Hay, pues, en este pasaje, chiasmo o entrecruzamiento.

que solet. Igitur imperator omnes fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti, quippe cuius<sup>36</sup> neque consilium neque inceptum ullum frustra erat.<sup>37</sup> Huc accedebat munificentia animi et ingeni solertia, quis<sup>38</sup> rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

*De regreso en Numidia y adoptado por Micipsa, sobreviene la muerte de éste, después de exhortar a la concordia a Yugurta, Hiempsal y Aderbal. (VIII-XI). Pronto surgen las disensiones entre los tres príncipes. Ofendido Yugurta por Hiempsal, mandalo asesinar en Tirmida.*

XII. Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat<sup>39</sup> dividi thesauros, finesque imperi singulis constitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris, alius alio,<sup>40</sup> concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte eius domo utebatur, qui proximus lictor<sup>41</sup> Iugurthae, carus acceptusque ei semper

<sup>36</sup> *quippe cuius*. Salustio construye siempre "quippe qui" con el indicativo. Gr. 543, 1 a.

<sup>37</sup> *frustra erat*. El uso de ciertos adverbios como adjetivos predicativos con el verbo "esse", es bastante frecuente en nuestro autor; "quippe cuius... frustra erat": «en vista de que ningún consejo ni empresa suya resultaba vana».

<sup>38</sup> *quis*. Gr. 197 b.

<sup>39</sup> *placuerat* ("eis").

<sup>40</sup> *alius alio*: «cada cual por su parte». Gr. 228.

<sup>41</sup> *proximus lictor*. Adopta Salustio un término Romano para designar la persona del séquito de Yugurta que disfrutaba de su absoluta confianza, ya que "proximus lictor" era propiamente el que estaba más cercano al cónsul.

fuerat. Quem ille casu ministrum oblatum<sup>42</sup> promissis onerat impellitque, uti tanquam suam visens domum<sup>43</sup> eat, portarum claves adulterinas paret (nam verae ad Hiempsalem referebantur);<sup>44</sup> ceterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna manu venturum. Numida mandata brevi conficit atque, uti doctus erat,<sup>45</sup> noctu Iugurthae milites introducit. Qui postquam in aedes irrupere, divorsi<sup>46</sup> regem quaerere,<sup>47</sup> dormientes alios, alios occursantes interficere, scrutari loca abdita, clausa effringere, strepitu et tumultu omnia miscere; cum interim Hiempsal reperitur occultans se tugurio<sup>48</sup> mulieris ancillae,<sup>49</sup> quo<sup>50</sup> initio pavidus et ignarus loci<sup>51</sup> perfugerat. Numidae caput eius, uti iussi erant, ad Iugurtham referunt.

*Aderbal intenta vengar a su hermano, pero, vencido, tiene que refugiarse en Roma, hasta donde le siguen los emisarios de Yugurta. El Senado decide el envío de una comisión encargada de repartir Numidia entre Aderbal y Yugurta. Recurre éste al soborno y consigue que se le adjudique la parte occidental del reino, o sea la más fértil y poblada. (XIII-XVI). En los capítulos XVII-XIX trata Salustio de la geografía de Africa, de sus primeros habitantes, de la formación de Numidia y situación del*

<sup>42</sup> *casu ministrum oblatum*: «que la casualidad le ofrecía como instrumento».

<sup>43</sup> *domum*. Depende, a la vez, del frecuentativo “visens” y de “eat”.

<sup>44</sup> *referebantur*. El imperfecto indica la repetición de la acción: «cada noche se entregaban las llaves a Hiempsal».

<sup>45</sup> *uti doctus erat*: «según se le había aleccionado».

<sup>46</sup> *divorsi*: «por todas partes».

<sup>47</sup> *quaerere*. Infin. histór. como “interficere”, “scrutari”, “effringere”, “miscere”.

<sup>48</sup> *tugurio*: «en la choza».

<sup>49</sup> *ancillae*. Sustantivo que sirve aquí de calificativo a “mulieris”.

<sup>50</sup> *quo*. Adverbio.

<sup>51</sup> *ignarus loci*. Gr. 120.

*continente al iniciarse la guerra contra Yugurta. El relato se reanuda en el capítulo XX. Yugurta ataca a Aderbal, el cual se ve obligado a refugiarse en Cirta. El Senado Romano intenta inútilmente mediar en el conflicto (XX-XXV). Cirta capitula y perece Aderbal.*

XXVI. Ea postquam Cirtae<sup>52</sup> audita sunt, Italici, quorum virtute moenia defensabantur, confisi, deditione facta,<sup>53</sup> propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent uti seque et oppidum Iugurthae tradat, tantum ab eo vitam paciscatur: de ceteris senatui curae fore.<sup>54</sup> At ille, tametsi omnia potiora<sup>55</sup> fide Iugurthae rebatur, tamen, quia penes eosdem, si advorsaretur,<sup>56</sup> cogundi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem facit. Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat;<sup>57</sup> deinde omnes puberes Numidas atque negotiatores promiscue, uti quisque armatus obvius fuerat,<sup>58</sup> interficit.

*Ante tales acontecimientos estalla la indignación del pueblo Romano y se declara la guerra a Yugurta. Niégase la entrada en Roma a una diputación del Nómida, formada por su propio hijo y dos amigos, y en tanto Calpurnio Bestia se apodera en Africa de algunos pueblos; pero, sobornado por Yugurta, retorna a Roma (XXVII-XXX). El tribuno Memmio arenga entonces a la plebe en los siguientes términos:*

<sup>52</sup> *Cirtae*. Locativo. Cirta, capital de Numidia, hoy Constantina.

<sup>53</sup> *deditione facta*: "si deditio facta esset". Gr. 454 d.

<sup>54</sup> *senatui curae* (Gr. 433 b) *fore*. El infinitivo está regido por un verbo "dicendi" contenido en "suadent".

<sup>55</sup> *potiora*: «preferible».

<sup>56</sup> *si advorsaretur*: «si no consentía».

<sup>57</sup> *Adherbalem excruciatum necat*. Gr. 480 a.

<sup>58</sup> *fuerat*. El plusc. indica anterioridad con respecto a "interficit", presente histórico, y considerado, por tanto, como tiempo pasado.

XXXI. "Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium rei publicae omnia superet: <sup>59</sup> opes factionis,<sup>60</sup> vostra patientia, ius nullum, ac maxume, quod innocentiae<sup>61</sup> plus periculi quam honoris est. Nam illa<sup>62</sup> quidem piget dicere, his annis quindecim<sup>63</sup> quam ludibrio fueritis superbiae paucorum, quam foede quamque inulti perierint vestri defensores, ut vobis animus ab ignavia<sup>65</sup> atque socordia corruptus sit, qui ne nunc quidem, obnoxii inimicis,<sup>66</sup> exsurgitis, atque etiam nunc timetis eos, quibus decet<sup>67</sup> terrori esse. Sed quamquam haec talia sunt, tamen obviam ire factionis potentiae animus subigit. Certe ego libertatem, quae mihi a parente meo tradita est, experiar. Verum id frustra an ob rem<sup>68</sup> faciam, in vostra manu situm est, Quirites. Neque ego vos hortor, quod saepe maiores vestri fecere, uti contra iniurias armati eatis. Nihil vi, nihil secessionem opus est: necesse est suomet ipsi more<sup>69</sup> praecipites erant.<sup>70</sup> Occiso Tiberio Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem Ro-

<sup>59</sup> *dehortantur...ni...superet*. Nuestro autor emplea aquí el presente de indicativo en la apódosis para indicar un hecho real, o sea que los motivos alegados por el orador existen realmente en el momento en que habla; la prótasis, en vez de la forma irreal ("superaret"), ha sido también atraída al presente.

<sup>60</sup> *factionis*: «el partido aristocrático».

<sup>61</sup> *innocentiae*. Dativo.

<sup>62</sup> *illa*. El pronombre neutro anticipa lo que sigue. Gr. 524 a.

<sup>63</sup> *quindecim*. Fecha aproximada, ya que desde la muerte de Tiberio Graco (133), origen de la situación a que se refiere el orador, hasta el momento en que éste pronuncia su discurso (111), habían transcurrido, en realidad, veinte y dos años.

<sup>64</sup> *ut*: "quomodo".

<sup>65</sup> *ab ignavia*. El uso irregular de la preposición parece insistir sobre la idea, precisándola: «como consecuencia de». Cfr. Horacio. *Sat.* I, IV, 26: *aut ab avaritia aut misera ambitione laborat*.

<sup>66</sup> *obnoxii inimicis*: «ahora que los enemigos están a vuestra merced».

<sup>67</sup> *decet* ("vos").

<sup>68</sup> *ob rem*: «con éxito».

<sup>69</sup> *suomet...more*: «siguiendo su propio ejemplo».

<sup>70</sup> *necesse est...eant*. Gr. 524.

manam quaestiones<sup>71</sup> habitae sunt; post C. Gracchi et M. Fulvi caedem, item multi vestri ordinis mortales in carcere necati sunt: <sup>72</sup> utriusque cladis non lex, verum libido eorum finem fecit. Sed sane fuerit regni paratio plebi<sup>73</sup> sua restituere; quicquid sine sanguine civium ulcisci<sup>74</sup> nequitur,<sup>75</sup> iure factum sit.<sup>76</sup> Superioribus annis taciti indignabamini aerarium expilari, reges et populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere, penes eosdem et summam gloriam et maximas divitias esse. Tamen haec talia facinora impune suscepisse parum habuere, itaque postremo leges, maiestas vestra, divina et humana omnia hostibus tradita sunt. Neque eos, qui ea fecere, pudet aut paenitet, sed incedunt per ora vestra magnifice, sacerdotia<sup>77</sup> et consularius, pars triumphos suos ostentantes: proinde quasi ea honori, non praedae habeant. Servi aere parati iniusta imperia dominorum non perferunt: vos, Quirites, in imperio nati, aequo animo servitutem toleratis? At qui sunt ei qui rem publicam occupaverunt? Homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani avaritia, nocentissimi et idem superbissimi, quibus fides, decus, pietas,<sup>78</sup> postremo honesta atque inhonesta omnia quaestui sunt. Pars

<sup>71</sup> *quaestiones*: «procesos». Según Velejo Patérculo, los cónsules Rutilio y Popilio condenaron a muerte a numerosos partidarios de Tiberio Graco.

<sup>72</sup> *in carcere necati sunt*, por orden del cónsul Opimio, investido de plenos poderes.

<sup>73</sup> *plebi*. Gr. 328 c.

<sup>74</sup> *ulcisci*. Empleado con sentido pasivo como otros verbos y participios deponentes "interpretari", "adeptus", "enisus", etc. Cfr. XVII, 7: *uti ex libris Punicis... nobis interpretatum est*.

<sup>75</sup> *nequitur*. Con el infinitivo deponente, usado con valor pasivo, emplea nuestro autor la forma pasiva "nequitur", en lugar de "nequit". En cambio, con los infinitivos pasivos se encuentra "coepit" en vez de "coepus est", contra lo indicado en Gr. 356.

<sup>76</sup> *sane fuerit... iure factum sit*. Gr. 142 g.

<sup>77</sup> *sacerdotia*. Teníase en Roma a gran honor el pertenecer a uno de los cuatro grandes colegios sacerdotales: "pontifices", "augures", "quindecimviri", "epulones".

<sup>78</sup> *pietas*: «sentimiento del deber».

eorum occidisse<sup>79</sup> tribunos plebis, alii quaestiones iniustas, ple-  
rique caedem in vos fecisse pro munimento habent. Ita quam  
quisque pessime fecit, tam maxime<sup>80</sup> tutus est. Metum ab sce-  
lere suo ad ignaviam vostram transtulere, quos omnes eadem  
cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit.<sup>81</sup> Sed haec  
inter bonos amicitia,<sup>82</sup> inter malos factio<sup>83</sup> est. Quodsi tam vos  
libertatis curam haberetis,<sup>84</sup> quam illi ad dominationem accensi  
sunt, profecto neque res publica, sicuti nunc, vastaretur, et be-  
nificia vostra<sup>85</sup> penes optimos, non audacissimos forent. Ma-  
iores vostri, parandi iuris et maiestatis constituendae gratia, bis  
per secessionem armati Aventinum occupavere;<sup>86</sup> vos pro liber-  
tate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitimini? atque  
eo vehementius, quo maius dedecus est parta amittere quam om-  
nino non paravisse.

Dicet aliquis: "Quid igitur censes?" Vindicandum<sup>87</sup> in eos,  
qui hosti prodidere rem publicam? Non manu neque vi, quod  
magis vos fecisse quam illis accidisse indignum est,<sup>88</sup> verum  
quaestionibus et indicio ipsius Iugurthae. Qui si dediticius est,  
profecto iussis vestris oboediens erit; sin ea contemnit, scilicet  
existumabitis, qualis illa pax aut deditio sit, ex qua ad Iugur-  
tham scelerum impunitas, ad paucos potentes maxumae divitiae,

<sup>79</sup> *occidisse*. Objeto de "habent".

<sup>80</sup> *quam pessime... tam maxime*: "ut quisque... ita".

<sup>81</sup> *coegit*. Tiene como sujeto los infinitivos "cupere", "odisse", "metuere".

<sup>82</sup> *haec... amicitia*. Gr. 205.

<sup>83</sup> *factio*. "Factio —escribe el gramático Nonio— dicitur malorum con-  
sensus et conspiratio".

<sup>84</sup> *tam... libertatis curam haberetis*: "tantam curam haberetis", o bien,  
"tam libertatem curaretis".

<sup>85</sup> *beneficia vestra*. Las magistraturas conferidas por sufragio popular.

<sup>86</sup> *Aventinum occupavere*. Alude Salustio a las dos principales retiradas de la plebe, la una al Monte Sacro (494 a. J. C.), que dió por resultado la creación de los tribunos de la plebe, y la segunda al Aventino (499), que acarreó la caída de los decemvros.

<sup>87</sup> *vindicandum* ("esse").

<sup>88</sup> *indignum est*: «sería indigno». Gr. 467.

ad rem publicam damna atque dedecora pervenerint. Nisi forte nondum etiam vos dominationis eorum satietas tenet et illa quam haec tempora magis placent, cum regna, provinciae, leges,<sup>89</sup> iura,<sup>90</sup> iudicia,<sup>91</sup> bella pacesque<sup>92</sup> postremo divina et humana omnia penes paucos erant; vos autem, hoc est populus Romanus, invicti ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere. Nam servitutem quidem quis vestrum recusare audebat? Atque ego, tametsi viro flagitiosissimum existumo impune<sup>93</sup> iniuriam accepisse, tamen vos hominibus sceleratissimis ignoscere, quoniam cives sunt, aequo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset. Nam et illis, quantum importunitatis<sup>94</sup> habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripitur, et vobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelletis aut serviundum esse, aut per manus<sup>95</sup> libertatem retinendam. Nam fidei quidem aut concordiae quae spes est? Dominari illi volunt, vos liberi esse; facere illi iniurias, vos prohibere; postremo sociis nostris veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. Potestne in tam divorsis mentibus<sup>96</sup> pax ut amicitia esse? Qua re moneo hortorque vos ne tantum scelus impunitum omittatis. Non peculatus aerari factus est, neque per vim sociis ereptae pecuniae, quae quamquam gravia sunt, tamen consuetudine iam pro nihilo habentur; hosti acerrumo prodita senatus auctoritas, proditum impe-

<sup>89</sup> *leges*: «las leyes», «el poder legislativo».

<sup>90</sup> *iura*: «los derechos individuales».

<sup>91</sup> *iudicia*: «el poder judicial».

<sup>92</sup> *bella pacesque*: «la guerra y la paz». “Paces” es un plural raro, debido probablemente a la presencia de “bella”. Cfr. Horacio, *Epist.* I, III, 7: *bella quis et paces longum diffundit in aevum?*

<sup>93</sup> *impune*: «sin vengarse».

<sup>94</sup> *quantum importunitatis habent*: «según es su insolencia».

<sup>95</sup> *per manus*: «por la fuerza».

<sup>96</sup> *in tam divorsis mentibus*: “cum mentes tam divorsae sint”.

rium vostrum est; domi militiaeque<sup>97</sup> res publica venalis fuit. Quae nisi quaesita erunt,<sup>98</sup> nisi vindicatum<sup>99</sup> in noxios, quid erit reliquom, nisi ut illis, qui ea fecere, oboedientes vivamus? Nam impune quae lubet facere, id est regem esse. Neque ego vos, Quirites, hortor ut malitis cives vestros perperam<sup>100</sup> quam recte fecisse, sed ne ignoscundo malis bonos perditum eatis.<sup>101</sup> Ad hoc in re publica<sup>102</sup> multo praestat benefici, quam malifici immemorem esse: bonus tantummodo segnior fit, ubi negligas,<sup>103</sup> at malus improbior. Ad hoc, si iniuriae non sint, haud saepe auxili egeas<sup>104</sup>.

*A propuesta del propio tribuno, pasa a Numidia el pretor L. Casio, con la misión de conducir a Roma a Yugurta. Conminado a declarar los nombres de los senadores a quienes había comprado, el rey Nùmidia guarda silencio con la complicidad del tribuno C. Bebio, secretamente atraído a su causa.*

XXXIII.—Igitur Iugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miserabili<sup>105</sup> cum Cassio Romam venit. Ac, tametsi in ipso magna vis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat, quae supra diximus, C.

<sup>97</sup> *domi militiaeque*. Gr. 450 a. Con "domi" se alude a la venalidad del Senado romano y con "militiae" a la del cónsul Calpurnio, jefe del ejército de Numidia, corrompido por el oro de Yugurta.

<sup>98</sup> *quae nisi quaesita erunt*. «si esto, pues, no se inquiere».

<sup>99</sup> *vindicatum* ("erit").

<sup>100</sup> *perperam*: "male".

<sup>101</sup> *perditum eatis*. La perífrasis formada por el supino e "ire", frecuente en Salustio, es propia del lenguaje familiar.

<sup>102</sup> *in re publica*: «en la vida política».

<sup>103</sup> *neglegas*. Gr. 127 b.

<sup>104</sup> *si iniuriae non sint, haud... auxili* (Gr. 441 a) *egeas*: «si no hubiere agravios, no habrá», etc. Gr. 534 B.

<sup>105</sup> *cultu miserabili*. Los acusados y suplicantes vestíanse de luto y se dejaban crecer la barba y el pelo.

Baebium, tribunum plebis, magna mercede parat,<sup>106</sup> cuius impudentia contra ius et iniurias<sup>107</sup> omnes munitus foret.<sup>108</sup> At C. Memmius, advocata contione, quamquam regi infesta plebes<sup>109</sup> erat, et pars in vincula duci iubebat, pars, ni socios sceleris, sui aperiret, more maiorum de hoste supplicium<sup>100</sup> sumi, dignitati quam irae<sup>111</sup> magis consulens, sedare motus et animos mollire, postremo confirmare fidem publicam per sese<sup>112</sup> inviolatam fore. Post, ubi silentium coepit,<sup>113</sup> producto Iugurtha, verba facit, Romae Numidiaequae facinora eius memorat, scelera in patrem fratresque ostendit; quibus iuvantibus quibusque ministris egerit, quamquam intellegat populus Romanus, tamen velle manufesta magis ex illo habere. Si verum aperiat, in fide et clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat,<sup>114</sup> non sociis saluti fore, sed se suasque corrupturum.

XXXIV. Deinde, ubi Memmius dicundi finem fecit et Iugurtha respondere iussus est,<sup>115</sup> C. Baebius, tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem tacere iubet, ac tametsi multitudo, quae in contione aderat, vehementer accensa terrebatur eum clamore, voltu, saepe impetu atque aliis omnibus, quae

<sup>106</sup> *Baebium tribunum... parat.* La oposición de uno solo de los tribunos era suficiente para anular la acción de los demás.

<sup>107</sup> *ius et iniurias:* «el castigo legal y las violencias» (que su conducta podía suscitar en el pueblo).

<sup>108</sup> *cuius foret:* "ut eius foret". Gr. 543, 1 b.

<sup>109</sup> *plebes,* Gr. 328 a.

<sup>110</sup> *supplicium.* La flagelación y la decapitación.

<sup>111</sup> *dignitati quam irae* ("populi Romani").

<sup>112</sup> *per sese:* «en lo que de él dependiese».

<sup>113</sup> *coepit* ("fieri"). Salustio emplea, en muchas ocasiones, "coepi" absolutamente y sin que le siga un infinitivo.

<sup>114</sup> *sin reticeat* ("verum").

<sup>115</sup> *Iugurtha respondere iussus est.* Gr. 497 a.

ira<sup>116</sup> fieri amat, vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex contione discessit: Iugurthae Bestiaeque et ceteris, quos illa quaestio exagitabat,<sup>117</sup> animi augescunt.

*Masiva, nieto de Masinisa, reclama el reino de Numidia y es asesinado por orden de Yugurta: recibe éste la orden de salir de Italia.*

XXXV. Erat ea tempestate Romae Numida quidam, nomine Massiva, Gulussae filius, Masinissae nepos, qui, quia in dissensione regum<sup>118</sup> Iugurthae advorsus fuerat, dedita Cirta et Adherbale interfecto, profugus ex patria abierat. Huic Sp. Albinus,<sup>119</sup> qui proximo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissae sit Iugurthamque ob scelera invidia cum metu<sup>120</sup> urgeat, regnum Numidiae ab senatu petat.<sup>121</sup> Avidus consul belli gerundi movere quam senescere omnia malebat; ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quae postquam Massiva agitari coepit, neque Iugurthae in amicis satis praesidii est, quod eorum alium conscientia, alium mala fama et timor impediabat, Bomilcari, proximo<sup>123</sup> ac maximo fido sibi, imperat pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivae paret,<sup>124</sup> ac maxime occulte; sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat. Bomilcar mature regis mandata exsequitur et

<sup>116</sup> *ira*. Sujeto.

<sup>117</sup> *exagitabat*: "vehementer commovebat".

<sup>118</sup> *regum*. Yugurta y Aderbal.

<sup>119</sup> *Sp. Albinus*. Espurio Postumio Albino.

<sup>120</sup> *metu*. El que inspiraba Yugurta.

<sup>121</sup> *persuadet...petat*. Gr. 524.

<sup>122</sup> *omnia*. Complemento de "movere" y, al mismo tiempo, sujeto del intransitivo "senescere".

<sup>123</sup> *proximo* ("amigo").

<sup>124</sup> *imperat...paret*. Gr. 524.

per homines talis negoti artifices itinera egressusque eius, postremo loca atque tempora cuncta explorat; deinde, ubi res postulabat,<sup>125</sup> insidias tendit. Igitur unus ex eo numero,<sup>125</sup> qui ad caedem parati erant, paulo inconsultius Massivam aggreditur: illum obtruncat, sed ipse deprehensus, multis hortantibus, indicium profitetur.<sup>127</sup> Fit reus magis ex aequo bonoque quam ex iure gentium Bomilcar, comes eius qui Romam fide publica venerat.<sup>128</sup> At Iugurtha, manifestus tanti sceleris,<sup>129</sup> non prius omisit contra verum niti, quam animum advortit<sup>130</sup> supra gratiam atque pecuniam suam invidiam facti esse. Igitur, quamquam in priore actione<sup>131</sup> ex amicis quinquaginta vades dederat,<sup>132</sup> regno magis quam vadibus consulens,<sup>133</sup> clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus ne reliquos populares metus invaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumptum foret; et ipse paucis diebus eodem profectus est, iussus a Senatu Italia decedere. Sed postquam Roma egressus est, fertur saepe eo<sup>134</sup> tacitus respiciens, postremo dixisse: "Urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit".

<sup>125</sup> *ubi res postulabat*: «en el momento oportuno».

<sup>126</sup> *unus ex eo numero*: "ex eorum numero".

<sup>127</sup> *indicium profitetur*: "rem fatetur".

<sup>128</sup> *venerat*. Bomilcar, venido a Roma en el séquito de Yugurta, era inviolable, según el derecho de gentes. La odiosidad suscitada por su crimen hizo que se le declarase reo en nombre de la equidad y del derecho natural ("ex aequo bonoque").

<sup>129</sup> *manifestus tanti sceleris*. Cfr. anteriormente, nota 257, pág. 236.

<sup>130</sup> *animum advortit*: "animadvortit".

<sup>131</sup> *in priore actione*. En la primera comparecencia (generalmente consagrada a la exposición de los hechos, interrogatorio y deposición de testigos), el acusado debía presentar fiadores ("vades"), como garantía de que no intentaría sustraerse a la acción de la justicia.

<sup>132</sup> *dederat*. Suj. Yugurta.

<sup>133</sup> *regno...vadibus consulens*. Gr. 431 b.

<sup>134</sup> *eo*: "ad urbem".

*Enviado Albino con un ejército contra el Nùmidia, tiene que regresar a Roma (XXXVI); durante su ausencia su hermano y lugarteniente Aulo, que había sitiado la plaza de Sutul (XXXVII) se ve obligado, víctima del engaño y la traición, a capitular en condiciones vergonzosas.*

XXXVIII. At Iugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdole eius augere amentiam, missitare supplicantes legatos, ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca et tramites exercitum ductare.<sup>135</sup> Denique Aulum spe pactionis perpulit uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese veluti cedentem insequeretur: ita delicta<sup>136</sup> occultiora fore. Interea per homines callidos diu<sup>137</sup> noctuque exercitum tentabat; centuriones ducesque turmarum,<sup>138</sup> partim uti transfugerent, corrumpere; alii, signo dato, locum uti desererent. Quae postquam ex sententia instruxit, intempesta nocte, de improvise multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. Milites Romani, perculsi tumultu insolito, arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare, trepidare omnibus locis. Vis magna hostium, caelum nocte atque nubibus obscuratum, periculum anceps; postremo, fugere an manere tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paulo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum cum duabus turmis Thracum<sup>139</sup> et paucis gregariis militibus<sup>140</sup> transiere ad

<sup>135</sup> *missitare, ductare.* Verbos frequentativos usados con el valor de los simples correspondientes.

<sup>136</sup> *delicta* ("Auli").

<sup>137</sup> *diu.* Ablativo de la forma arcaica "dius", conservada en la locución "nudius tertius": ("nunc dius tertius") y empleada por Salustio en contraposición a "noctu".

<sup>138</sup> *turmarum.* La caballería se dividía en diez unidades llamadas "turmae".

<sup>139</sup> *cohors una Ligurum cum duabus turmis Thracum.* Los Ligures y los Tracios, después de haber combatido durante mucho tiempo contra los Romanos, se habían convertido en sus auxiliares.

<sup>140</sup> *gregariis militibus.* Soldados legionarios.

regem, et centurio primi pili<sup>141</sup> tertiae legionis per munitio-  
nem, quam uti defenderet acceperat, locum hostibus introeundi  
dedit, eaque<sup>142</sup> Numidae cuncti irrupere. Nostri foeda fuga,  
plerique abiectis armis, proximum collem occupavere. Nox  
atque praeda castrorum hostes, quominus<sup>143</sup> victoria uterentur,  
remorata sunt.<sup>144</sup> Dein Iugurtha postero die cum Aulo in collo-  
quio verba facit: "Tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque  
clausum teneret, tamen se humanarum rerum memorem, si se-  
cum foedus faceret, incolumes omnes sub iugum missurum;<sup>145</sup>  
praeterea, uti diebus decem Numidia decederet". Quae quam-  
quam gravia et flagiti plena erant, tamen, quia mortis metu  
mutabantur,<sup>146</sup> sicuti regi lubuerat, pax convenit.

*Vuelve nuevamente Albino a Numidia, pero la desmoralización de su ejército lo reduce a la inactividad. El tribuno Manilio presenta en tanto tremenda requisitoria contra los senadores sospechosos de manejos inmorales (XXXIX-XL). Tras de una digresión sobre el origen de las luchas entre el pueblo y el Senado y la insolencia de la nobleza, después del vencimiento de los Gracos, defensores del pueblo (XLI-XLII), se reanuda el relato con el envío a Numidia del cónsul Metelo. Cuenta Salustio el deplorable estado en que el jefe Romano encuentra al ejército, sus esfuerzos para remediarlo, el envío infructuoso de diputados*

<sup>141</sup> *centurio primi pili.* La legión se componía de tres clases de soldados: "triarii", "principes" y "hastati". El "centurio primi pili" o simplemente "primipilus" mandaba el primer "manipulus" de los "triarii".

<sup>142</sup> *eaque.* Adverbio.

<sup>143</sup> *quominus.* Gr. 522.

<sup>144</sup> *nox atque praeda...remorata sunt.* Gr. 164, obs. 4a.

<sup>145</sup> *verba facit* (pres. hist.):...*si secum foedus faceret* (Gr. 550 b)...*missurum*...Dir.: "si mecum foedus faciet... mittam". (Gr. 551 a)

<sup>146</sup> *quia mortis metu mutabantur:* «como por miedo a la muerte parecían distintas de lo que eran» (o sea «el miedo a morir las hacía parecer menos duras de lo que eran».)

*por parte de Yugurta y la resolución de éste de arriesgarse a la lucha. Metelo manda a Rutilio en dirección a Mutul. Ataca Yugurta entonces y logra, al principio, algunas ventajas (XLIII-L). Aspecto del campo de batalla. Derrota de Yugurta.*

LI. Ceterum facies totius negoti varia, incerta, foeda atque miserabilis; dispersi <sup>147</sup> a suis pars cedere, alii insequi; neque signa neque ordines observare; ubi quemque periculum ceperat,<sup>148</sup> ibi resistere ac propulsare: arma, tela, equi, viri, hostes atque cives permixti; nihil consilio neque imperio agi, fors omnia regere. Itaque <sup>149</sup> multum diei processerat, cum etiam tum eventus in incerto erat. Denique, omnibus labore et aestu languidis, Metellus, ubi videt Numidas minus instare, paulatim milites in unum conducit, ordines restituit, et cohortes legionarias quattuor advorsum pedites hostium collocat (eorum magna pars superioribus locis fessa consederat); simul orare, hortari milites ne deficerent, neu paterntur hostes fugientes vincere; "Neque illis <sup>150</sup> castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia sita". Sed ne Iugurtha quidem interea quietus: circumire, hortari, renovare proelium, et ipse cum delectis tentare omnia, subvenire suis, hostibus dubiis instare; quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere.

LII. Eo modo inter se duo imperatores, summi viri, certabant, ipsi pares, ceterum opibus disparibus: nam Metello virtus militum erat, locus advorsus; Iugurthae alia omnia, praeter milites, opportuna. Denique Romani, ubi intellegunt neque sibi perfugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri (et iam

<sup>147</sup> *dispersi* ("Romani").

<sup>148</sup> *ubi...ceperat*: «cada uno, donde el peligro lo sorprendía».

<sup>149</sup> *itaque*: "et ita".

<sup>150</sup> *illis* ("militibus Romanis"). A "illis" correspondería "vobis" en el discurso directo. Gr. 552 b; "sibi" se hubiese referido a Metelo.

die<sup>151</sup> vesper erat), advorso colle, sicuti praeceptum erat, evadunt.<sup>152</sup> Amisso loco, Numidae fusi fugatique: pauci interiere; plerosque velocitas et regio hostibus ignara<sup>153</sup> tutata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis et parti copiarum pedestrium praefectum ab Iugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius praetergressus est, paulatim suos in aequom locum deducit, ac, dum legatus ad flumen, quo praemissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat,<sup>154</sup> neque remittit quid ubique hostis ageret, explorare.<sup>155</sup> Postquam Rutilium condisse iam et animo vacuum<sup>156</sup> accepit, simulque ex Iugurthae proelio clamorem augeri, veritus ne legatus, cognita re,<sup>157</sup> laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat, quo hostium itineri officeret, latius porrigit, eoque modo ad Rutili castra procedit.

*Durante este tiempo Bolmilcar es derrotado por Rutilio. Después de varias inútiles tentativas para apoderarse de Zama, Metelo se atrae a Bomilcar y concierta con él la entrega de Yugurta (LIII-LXI). Este parece dispuesto a someterse, pero en el momento decisivo se arrepiente y pasa de pronto a la ofensiva (LXII). Mario aspira al consulado: su carácter y carrera militar.*

LXIII. Per idem tempus Uticae forte C. Mario per hostias dis supplicanti, magna atque mirabilia portendi haruspex di-

<sup>151</sup> die. Genitivo arcaico.

<sup>152</sup> evadunt. Este verbo no indica aquí la idea de «escapar», sino la de «salir de un lugar bajo para llegar a otro más elevado», «escalar».

<sup>153</sup> ignara: «ignota.»

<sup>154</sup> exornat: «instruit».

<sup>155</sup> remittit...explorare. Construcción poética de «remitto» con el infinitivo, en vez de «quin» y el subjuntivo.

<sup>156</sup> animo vacuum («esse»): «sin desconfianza».

<sup>157</sup> re: «el peligro de los suyos».

xerat: "proinde, quae animo agitabat,<sup>158</sup> fretus dis ageret: fortunam quam saepissime experiretur;<sup>159</sup> cuncta prospera eventura". At illum iam antea consulatus ingens cupido exagitabat, ad quem capiundum, praeter vetustatem<sup>160</sup> familiae, alia omnia abunde<sup>161</sup> erant: industria, probitas, militiae magna scientia, animus belli<sup>162</sup> ingens, domi modicus,<sup>163</sup> lubricitatis et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus. Sed is natus<sup>164</sup> et omnem pueritiam Arpini<sup>165</sup> altus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, stipendiis faciendis,<sup>166</sup> non Graeca facundia neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnes tribus<sup>167</sup> declaratur. Deinde ab eo magistratu<sup>168</sup> alium post alium sibi peperit; semperque in potestatibus eo modo agitabat, uti ampliore,<sup>169</sup> quam gerebat, dignus haberetur. Tamen is ad id locorum<sup>170</sup> talis vir (nam postea ambitione praeceptus datus est) consulatum appetere non audebat: etiam

<sup>158</sup> *agitabat*. El uso del indicativo en el estilo indirecto es frecuente en Salustio, ya para indicar la realidad de un hecho, ya porque la proposición subordinada debe considerarse como un paréntesis mediante el cual expresa el autor su propia opinión. Gr. 549.

<sup>159</sup> *ageret...experiretur*. Gr. 548 *b*.

<sup>160</sup> *praeter vetustatem*: «además la antigüedad» («nobleza».)

<sup>161</sup> *abunde erant*. Vid. nota 37.

<sup>162</sup> *belli*. Locativo usado pocas veces, fuera de la locución "belli domique".

<sup>163</sup> *modicus*: «sin ambición».

<sup>164</sup> *natus*. En 156 a. J. C.

<sup>165</sup> *Arpini*. En el país de los Volscos, al SE. de Roma.

<sup>166</sup> *stipendiis faciendis*. En el sitio de Numancia.

<sup>167</sup> *tribus*. Desde el año 362 a. J. C., los "tributa comitia" elegían un cierto número de los "tribuni militares", los cuales, con anterioridad, eran designados en su totalidad por los cónsules.

<sup>168</sup> *ab eo magistratu*: «a partir de esta magistratura». Mario fué sucesivamente "quaestor", "tribunus plebis", praetor" y "propraetor" en la España ulterior.

<sup>169</sup> *ampliore* ("potestate").

<sup>170</sup> *ad id locorum*: «hasta este momento».

tum alios magistratus plebs,<sup>171</sup> consulatum nobilitas inter se per manus tradebat; novos nemo tam clarus, neque tam egregiis factis<sup>172</sup> erat, quin<sup>173</sup> his indignus illo honore et quasi pollutus haberetur.

*Mario decepcionado por no haber conseguido licencia de su jefe para trasladarse a Roma, suscita contra Metelo la opinión en la metrópoli y en Africa. La guarnición Romana de Vaga perece a manos de los habitantes de la plaza. Metelo marcha contra ésta, la toma y castiga la perfidia de sus moradores.*

LXVIII. Metellus, postquam de rebus Vagae actis comperit, paulisper maestus e conspectu abit; deinde, ubi ira et aegritudo permixta sunt,<sup>174</sup> cum maxuma cura ultum ire iniurias festinat. Legionem, cum qua hiemabat, et quam plurimos potest Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit; et postero die, circiter hora tertia,<sup>175</sup> pervenit in quandam planitiem, locis paulo superioribus circumventam.<sup>176</sup> Ibi milites fessos itineris magnitudine et iam abnuentes omnia,<sup>177</sup> docet oppidum Vagam non amplius mille passuum<sup>178</sup> abesse: "decere illos reliquom laborem aequo animo pati, dum pro civibus suis,

<sup>171</sup> *plebs* ("habebat"). Los plebeyos podían desempeñar el consulado, derecho que les fué reconocido por las leyes Licinia y Sextia (366); pero, de hecho, continuaba siendo dicha magistratura patrimonio de los patricios y de algunas familias del orden ecuestre.

<sup>172</sup> *egregiis factis*. Abl. de cualidad, correspondiente a "clarus".

<sup>173</sup> *tam...quin*. Gr. 531 b.

<sup>174</sup> *ira et aegritudo permixta sunt*. Gr. 164, obs. 4a.

<sup>175</sup> *circiter hora tertia*: «cerca de las nueve de la mañana».

<sup>176</sup> *in quandam...circumventam*: «a cierta llanura rodeada de pequeños collados».

<sup>177</sup> *omnia*. Compl. dir. de "abnuentes".

<sup>178</sup> *amplius mille passuum*. Gr. 342.

viris fortissimis atque miserrimis, poenas caperent":<sup>179</sup> praeterea praedam benigne ostentat.<sup>180</sup> Ita animis eorum arrectis, equites in primo<sup>181</sup> late,<sup>182</sup> pedites quam artissime<sup>183</sup> ire, signa occultare iubet.

LXIX. Vagenses ubi animum advortere ad se vorsum exercitum pergere, primo, uti res erat,<sup>184</sup> Metellum esse rati, portas clausere; deinde, ubi neque agros vastari, et eos, qui primi aderant, Numidas equites vident, rursum Iugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque, repente signo dato, alii volgum effusum oppido caedere, alii ad portas festinare, pars tures capere; ira atque spes praedae amplius quam lassitudo posse. Ita Vagenses biduom modo ex perfidia laetati: civitas magna et opulens<sup>185</sup> poenae cuncta aut praedae fuit. Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, iussus a Metello causam dicere,<sup>186</sup> postquam sese parum expurgat, condemnatus verberatusque capite poenas solvit: nam is civis ex Latio<sup>187</sup> erat.

*Bomilcar, de acuerdo con Nabdalsa, importante jefe Númidia, intenta de nuevo entregar a Yugurta. Carta de Bomilcar a Nabdalsa. Descúbrese la maquinación. Muerte de Bomilcar. Terrores de Yugurta.*

LXX. Per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha

<sup>179</sup> *pro civibus... poenas caperent*: "cives ulciscerentur".

<sup>180</sup> *praedam benigne ostentat*: «les brinda liberalmente el botín».

<sup>181</sup> *in primo* ("agmine").

<sup>182</sup> *late*: «espaciadamente».

<sup>183</sup> *quam artissime*: «lo más apretadamente posible».

<sup>184</sup> *uti res erat*: «como era la verdad».

<sup>185</sup> *opulens*: "opulenta".

<sup>186</sup> *causam dicere*: «justificarse».

<sup>187</sup> *civis ex Latio*. Turpilio, aunque ciudadano Romano era originario del Lacio, y no disfrutaría acaso del derecho concedido por las leyes Porcia (184) y Sempronia (123) a los ciudadanos Romanos de nacimiento de apelar al pueblo contra una sentencia capital.

deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi et ipse eum suspiciens,<sup>188</sup> novas res cupere, ad perniciem eius dolium quaerere, die noctuque fatigare animum. Denique, omnia tentando, socium sibi adiungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus, carum acceptumque popularibus suis, qui plerumque seorsum ab rege<sup>189</sup> exercitum ductare et omnes res exsequi solitus erat, quae Iugurthae fesso aut maioribus adstricto<sup>190</sup> superaverant;<sup>191</sup> ex quo illi gloria opesque inventae, Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur; cetera, uti res posceret, ex tempore<sup>192</sup> parari placuit. Nabdalsa ad exercitum profectus,<sup>193</sup> quem inter hiberna Romanorum iussus<sup>194</sup> habebat, ne ager, inultis hostibus vastaretur. Is postquam magnitudine facinoris percussus ad tempus<sup>195</sup> non venit metusque<sup>196</sup> rem impediēbat, Bomilcar, simul cupidus incepta patrāndi<sup>197</sup> et timore socii<sup>198</sup> anxius, ne omisso vetere consilio, novom quaerere, litteras ad eum per homines fideles mittit, in quibus<sup>199</sup> mollietiam socordiamque viri accusare,<sup>200</sup> testari deos, per quos iuravisset;<sup>201</sup> monere ne praemia Metelli in pestem<sup>202</sup> convolveret; Iugurthae exitium adesse; ceterum suane an virtute Metelli pe-

<sup>188</sup> *suspiciens*: "suspectum habens". Unico ejemplo de "suspicio" («mirar hacia arriba») usado con la significación de «sospechar».

<sup>189</sup> *seorsum ab rege*: «independientemente (sin intervención) del rey».

<sup>190</sup> *maioribus adstricto*: «retenido por asuntos de mayor importancia».

<sup>191</sup> *superaverant*: "supererant".

<sup>192</sup> *ex tempore*: «en el momento oportuno».

<sup>193</sup> *profectus* ("est").

<sup>194</sup> *iussus* ("a Iugurtha").

<sup>195</sup> *ad tempus*: «dentro del plazo señalado».

<sup>196</sup> *metusque* ("Nabdalsae").

<sup>197</sup> *incepta patrāndi*. Gr. 154 d.

<sup>198</sup> *socii*. Genitivo subjetivo.

<sup>199</sup> *quis*. Gr. 197 b.

<sup>200</sup> *accusare*. El uso del infinitivo histórico (Gr. 138) en una subordinada es muy raro.

<sup>201</sup> *iuravisset*. El subjuntivo indica el pensamiento de Bomilcar.

<sup>202</sup> *in pestem*: «en su daño».

riret, id modo agitari: <sup>203</sup> proinde reputaret cum animo suo praemia an cruciatum mallet.

LXXI. Sed cum hae literae allatae, <sup>204</sup> forte Nabdalsa, exercito corpore fessus, in lecto quiescebat, ubi cognitis Bomilcaris verbis, primo cura, deinde, uti aegrum <sup>205</sup> animum solet, <sup>206</sup> somnus cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curatos, <sup>207</sup> fidus acceptusque et omnium consiliorum, nisi <sup>208</sup> novissumi, particeps. Qui postquam allatas litteras audivit, et ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo <sup>209</sup> opus esse, in tabernaculum in troiit, dormiente illo, epistulam, super caput in pulvino temere positam, sumit ac perlegit; dein propere, cognitis insidiis, ad regem pergit. Nabdalsa, paulo post experrectus, ubi neque epistulam reperit, et rem omnem, uti acta erat, cognovit, primo indicem persequi conatus, postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia accedit; dicit, quae ipse paravisset facere, perfidia clientis sui praeventa; <sup>210</sup> lacrumans obtestatur per amicitiam, perque sua antea fideliter acta, ne super <sup>211</sup> tali scelere suspectum sese haberet.

LXXII. Ad ea rex, aliter atque animo gerebat, placide respondit. Bomilcar aliisque multis, quos socios insidiarum cognoverat, interfectis, iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oreretur. Neque post id locorum <sup>212</sup> Iugurthae dies aut nox

<sup>203</sup> *Iugurthae...agitari*: «que la pérdida de Yugurta era inminente y que sólo se trataba de si había de perecer a sus manos o por el valor de Metelo».

<sup>204</sup> *allatae* ("sunt").

<sup>205</sup> *aegrum*: «apesadumbrado».

<sup>206</sup> *solet* ("capere").

<sup>207</sup> *negotiorum curator*: «secretario».

<sup>208</sup> *nisi*: «excepto».

<sup>209</sup> *opera aut ingenio suo*: «su asistencia y consejo».

<sup>210</sup> *quae...praeventa*: «que por la perfidia de su confidente se había anticipado lo mismo que él pensaba hacer».

<sup>211</sup> *super*: "de". Uso poético y muy raro en la prosa clásica. Gr. 254, 7 b.

<sup>212</sup> *post id locorum*: «desde aquel momento».

ulla quieta fuit: neque loco neque mortali cuiquam aut tempore satis credere, cives hostesque iuxta<sup>213</sup> metuere, circumspectare omnia et omni strepitu pavescere, alio atque alio loco,<sup>214</sup> saepe contra decus regium, noctu requiescere, interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere: ita formidine quasi vecordia exagitari.<sup>215</sup>

*Eligese cónsul a Mario y se le encarga la prosecución de la guerra en Numidia (LXXIII). La plaza de Thala es tomada por Yugurta y sitiada y reconquistada luego por Metelo (LXXIV-LXXVI). Recibe éste una diputación de los habitantes de Lep-tis (hoy Lebda, al E. de Trípoli) Digresión acerca del origen fenicio y situación geográfica de esta ciudad (LXXVIII). Patriotismo de los hermanos Filenos.*

LXXIX. Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare: eam rem<sup>216</sup> nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginienses pleraque Africa<sup>217</sup> imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio harenosus, una specie:<sup>218</sup> neque flumen neque mons erat, qui fines eorum discerneret; quae res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrimque legiones, item classes saepe fusae fugataeque et alteri alteros aliquantum attriverant, veriti ne mox victos victoresque defessos

<sup>213</sup> *iuxta*. Adv.: "pariter".

<sup>214</sup> *alio atque alio loco*: «ya en un lugar, ya en otro».

<sup>215</sup> *ita...exagitari*: «hasta tal punto el terror, como locura, lo atormentaba».

<sup>216</sup> *eam rem*: "id". Gr. 430 b, η.

<sup>217</sup> *pleraque Africa*. La omisión de "in" se explica por analogía con expresiones como "tota", "cuncta Africa". Gr. 452 b.

<sup>218</sup> *una specie*: «uniforme».

<sup>219</sup> *alius*: «un tercero».

alius<sup>219</sup> aggredereetur, per indutias sponsonem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur. Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter pergere;<sup>220</sup> Cyrenenses tardius iere. Id socordiane an casu acciderit, parum cognovi. Ceterum solet in illis locis tempestas haud secus atque<sup>221</sup> in mari retinere.<sup>222</sup> Nam, ubi per loca aequalia et nuda gignentium<sup>223</sup> ventus coortus harenam humo excitavit, ea, magna vi agitata, ora oculosque implere solet; ita prospectu impedito, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se esse vident, et ob rem corruptam<sup>224</sup> domi poenas metuunt, criminari Carthaginienses ante tempus domo digressos, conturbare rem,<sup>225</sup> denique omnia malle quam victi abire. Sed cum Poeni aliam condicionem, tantummodo aequam, peterent, Graeci<sup>226</sup> optionem Carthaginiensium faciunt,<sup>227</sup> ut vel illi,<sup>228</sup> quos fines populo suo peterent, ibi<sup>229</sup> vivi obruerentur, vel eadem condicione sese,<sup>230</sup> quem in locum vellent, processuros. Phileni, condicione probata, seque vitamque suam rei publicae condonavere:<sup>231</sup> ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratribus aras consecravere, aliique illis domi honores instituti...

<sup>220</sup> *iter pergere*. "Pergo" se usa, por lo común, como intransitivo.

<sup>221</sup> *secus atque*. Gr. 538 d.

<sup>222</sup> *retinere*: «retener» (a los que caminan).

<sup>223</sup> *nuda ginentium*: «desnudo de vegetación». Dos particularidades hay que observar aquí: la construcción de "nuda" con el genitivo, en vez del abl. (Gr. 439) y el valor pasivo del participio.

<sup>224</sup> *ob rem corruptam*: "quod rem corrupissent".

<sup>225</sup> *conturbare rem*: «embrollar el asunto».

<sup>226</sup> *Graeci*: «los de Cirene».

<sup>227</sup> *optionem faciunt*: «dejan a elección».

<sup>228</sup> *illi* ("Carthaginienses").

<sup>229</sup> *quos fines...ibi*: "in iis finibus...quos".

<sup>230</sup> *sese* ("Cyrenenses").

<sup>231</sup> *condonavere*: «sacrificaron».

*Yugurta pacta una alianza con Boco, rey de los Gétulos, y ambos marchan contra Cirta. Despechado Metelo por la elección de Mario, entra en negociaciones con Boco (LXXX-LXXXIII). El nuevo cónsul hace entre tanto sus preparativos en Roma (LXXXIV) y se pronuncia contra la nobleza (LXXXV). Su llegada a Numidia. Sepáranse Boco y Yugurta. Mario, después de algunas expediciones poco importantes (LXXXVI-XC), se apodera de Capsa (Gafsa), la incendia y da muerte a todos los hombres hábiles para empuñar las armas.*

XCI. Ceterum in itinere cotidie pecus exercitui per centurias, item turmas, aequaliter<sup>232</sup> distribuérat, et ex coriis utres uti fierent curabat; simul inopiam frumenti lenire et ignaris omnibus,<sup>233</sup> parare quae mox usui forent. Denique sexto die, cum ad flumen ventum est, maxuma vis utrius effecta.<sup>234</sup> Ibi castris levi munimento positis, milites cibum capere atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse iubet; omnibus sarcinis abiectis, aqua modo seque et iumenta onerare. Dein, postquam tempus visum, castris egreditur, noctemque totam,<sup>235</sup> itinere facto, consedit: idem proxuma facit. Dein tertia, multo ante lucis adventum, pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo,<sup>236</sup> ibique quam occultissime potest cum omnibus copiis opperitur. Sed ubi dies coepit et Numidae, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi, repente omnem equitatum et cum eis velocissimos pedites cursu tendere ad Capsam et portas obsidere<sup>237</sup> iubet; deinde ipse in-

<sup>232</sup> *aequaliter*: «por partes iguales».

<sup>233</sup> *ignaris omnibus*: «sin que nadie lo supiera».

<sup>234</sup> *effecta* ("erat").

<sup>235</sup> *noctemque totam*. Gr. 118 b, 1.

<sup>236</sup> *intervallo*. Gr. 420 b.

<sup>237</sup> *obsidere*: «ocupar».

tentus propere sequi, neque milites praedari sinere. Quae postquam oppidani cognovere, res trepidae, metus ingens, malum improvisum, ad hoc pars civium extra moenia in hostium potestate, coegere uti deditionem facerent:<sup>238</sup> ceterum oppidum incensum, Numidae puberes interfecti, alii omnes venundati, praeda militibus divisa. Id facinus contra ius belli non avaritia neque scelere consulis admissum, sed quia locus Iugurthae opportunus, nobis aditu difficilis, genus hominum mobile,<sup>239</sup> infidum, ante<sup>240</sup> neque beneficio neque metu coercitum.<sup>241</sup>

*Continúa sus triunfos el general Romano; pone sitio a una fortaleza, situada cerca del río Muluca, y apodérase de ella, gracias al valor de un soldado ligur (XCII-XCIV). Llegada de Sila al campamento, en calidad de cuestor: su origen y costumbres.*

XCV. Ceterum, dum ea res geritur, L. Sulla<sup>242</sup> quaestor cum magno equitatu in castra venit; quos<sup>243</sup> uti ex Latio et a sociis cogeret, Romae relictus erat. Sed quoniam tanti viri res admonuit, idoneum visum est de natura cultuque<sup>244</sup> eius paucis dicere. Neque enim alio loco de Sullae rebus dicturi sumus et L. Sisenna,<sup>245</sup> optume et diligentissime omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore locutus<sup>246</sup> videtur. Igitur Sulla gentis patriciae nobilis<sup>247</sup> fuit, familia prope iam

<sup>238</sup> *coegere uti...facerent.* Excepto en este pasaje, Salustio construye "co-go" con el infinitivo.

<sup>239</sup> *mobile:* «voluble».

<sup>240</sup> *ante:* «hasta entonces».

<sup>241</sup> *coercitum:* "quod coerceri metu non poterat".

<sup>242</sup> *Sulla.* 138-98 a. J. C.

<sup>243</sup> *quos.* Se refiere lógicamente a "equites", implícito en "equitatu".

<sup>244</sup> *de natura cultuque:* «de su natural y costumbres».

<sup>245</sup> *L. Sisenna.* Historiador Romano, perteneciente como Sila a la «gens Cornelia, y autor de una historia, perdida, en 22 libros, los cuales abarcaban desde la conquista de Roma por los Galos hasta las guerras civiles de Mario

<sup>246</sup> *parum...libero ore locutus:* «habló con poca libertad». (y Sila.

<sup>247</sup> *nobilis.* Nominativo. Se podía ser noble sin ser patricio.

extincta <sup>248</sup> maiorum ignavia; litteris Graecis ac Latinis iuxta <sup>249</sup> atque doctissime eruditus; animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriae cupidior: otio luxurioso esse; tamen ab negotiis numquam voluptas remorata, nisi quod de uxore <sup>250</sup> potuit <sup>251</sup> honestius consuli: <sup>252</sup> facundus, callidus, et amicitia facilis; ad simulanda negotia altitudo ingeni incredibilis; multarum rerum ac maxime pecuniae largitor. Atque illi, felicissimo <sup>253</sup> omnium, ante civilem victoriam, numquam super industriam fortuna fuit, multique dubitavere fortior an felicior esset. Nam, postea <sup>254</sup> quae fecerit, incertum habeo pudeat magis an pigeat disserere.<sup>255</sup>

*Continúa la lucha; de nuevo alianse Boco y Yugurta y atacan de improviso a Mario, sembrando en su ejército el desconcierto; pero el cónsul se rehace durante la noche (XCVI-XCVIII), sorprende al enemigo entregado al sueño y le inflinge sangrienta derrota.*

XCIX. Plurimum vero Marius imperitia hostium confirmatus quam maximum silentium haberi iubet; ne signa quidem,

<sup>248</sup> *prope iam extincta*: «casi del todo oscurecida». Abl. de cualidad.

<sup>249</sup> *iuxta*: «aeque ac».

<sup>250</sup> *de uxore*: «Uxor» tiene aquí sentido general y colectivo. Sila se casó cinco veces y fué mal esposo otras tantas.

<sup>251</sup> *potuit*: «habría podido». Gr. 467.

<sup>252</sup> *honestius consuli*: «conducirse con más decoro».

<sup>253</sup> *felicissimo*. La buena suerte de Sila fué proverbial entre sus contemporáneos. El mismo, después de la muerte de Mario, se atribuyó el sobrenombre de Felix.

<sup>254</sup> *postea*. Después de la guerra civil.

<sup>255</sup> *incertum...disserere*: «no sé si causa vergüenza o fastidio referirlo». Alude Salustio a las famosas proscripciones de Sila y a las leyes «Corneliae» que suprimieron los derechos de la plebe en provecho de la aristocracia y del Senado.

uti per vigilias solebant, canere;<sup>256</sup> deinde, ubi lux adventabat, defessis iam hostibus et paulo ante somno captis, de improviso vigiles, item cohortium,<sup>257</sup> turmarum, legionum tubicines simul omnes signa canere, milites clamorem tollere atque portis erumpere iubet. Mauri atque Gaetuli, ignoto et horribili sonitu repente exciti, neque fugere neque arma capere neque omnino facere aut providere quicquam poterant: ita cunctos strepitu, clamore, nullo subveniente, nostris instantibus, tumultu, formidine, terror quasi vecordia ceperat.<sup>258</sup> Denique omnes fusi fugatique; arma et signa militaria pleraque capta, pluresque eo proelio quam omnibus superioribus interempti. Nam somno et metu insolito impedita fuga.

*Mario se retira a sus cuarteles de invierno; atacado nuevamente cerca de Cirta por Yugurta y Boco, los derrota segunda vez (C-CI) Un primer intento de Mario para atraerse a Boco no logra éxito, pero, en ausencia del cónsul, recibe Sila nuevas proposiciones del rey de Mauritania (CII-CIII), cuyos embajadores obtienen autorización para trasladarse a Roma y tratar con el Senado (CIV). Sila, enviado cerca de Boco por Mario, llega felizmente al término de su viaje (CC-CVII). Boco, solicitado a la vez por Yugurta y Sila, está a punto de traicionar a éste, cuando, cambiando de opinión, entrega a Yugurta. (CVIII-CXIII).*

CXII. At rex postero die Asparem, Iugurthae legatum, appellat dicitque sibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse conditionibus bellum poni:<sup>259</sup> quam ob rem regis sui sententiam

<sup>256</sup> *ne signa...canere.* El toque de trompeta, con el que se indicaba el relevo de la guardia al término de cada una de las cuatro "vigiliae" en que se dividía la noche.

<sup>257</sup> *cohortium.* Tropas auxiliares, reclutadas entre los confederados.

<sup>258</sup> *ceperat* ("eos").

<sup>259</sup> *pone:* "deponi".

exquireret. Ille laetus in castra Iugurthae proficiscitur. Deinde, ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum et ei nuntiat: "Iugurtham cupere omnia quae imperarentur facere, sed Mario parum confidere: saepe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam frustra<sup>260</sup> fuisse. Ceterum Bocchus, si ambobus consultum et ratam pacem vellet, daret operam ut una ab omnibus quasi de pace in colloquium veniretur, ibique sibi Sullam traderet. Cum talem virum in potestatem habuisset,<sup>261</sup> tum fore uti iussu Senatus atque populi Romani foedus fieret, neque hominem nobilem non sua ignavia, sed ob rem publicam<sup>262</sup> in hostium potestate relictum iri".

CXIII. Haec Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit; ceterum, dolo an vere cunctatus, parum comperimus. Sed plerumque regiae voluntates, uti vehementes, sic mobiles, saepe ipsae sibi advorsae. Postea, tempore et loco constituto in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, modo Iugurthae legatum appellare, benigne habere, idem ambobus polliceri. Illi pariter laeti ac spei bonae pleni esse. Sed nocte ea, quae proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus, adhibitis amicis ac statim immutata voluntate, remotis ceteris, dicitur secum ipse multa agitavisse, voltu et oculis pariter atque animo varius; quae scilicet, tacente ipso, occulta pectoris patefecisse.<sup>263</sup> Tamen postremo Sullam accersi iubet, et ex illius sententia Numidae insidias tendit. Deinde, ubi dies advenit et ei nuntiatum est Iugurtham haud procul abesse, cum paucis

<sup>260</sup> *frustra*. Predicado.

<sup>261</sup> *in potestatem habuisset*. El acusativo se explica teniendo en cuenta que la frase equivale a "in potestatem accepisset et (in ea) habuisset".

<sup>262</sup> *ob rem publicam*: «por servicio del Estado».

<sup>263</sup> *patefecisse*. Infinitivo dependiente de "dicitur", expresado poco antes y que debe entenderse aquí con valor impersonal.

amicis et quaestore nostro, quasi obvius honoris causa, procedit in tumulum facillumum visu insidiantibus. Eodem Numida cum plerisque necessariis suis inermis, uti dictum erat, accedit; ac statim, signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. Ceteri obtruncati, Iugurtha Sullae victus traditur,<sup>264</sup> et ab eo ad Marium deductus est.

*Fin de la guerra:*

CXIV. Per idem tempus adversum Gallos<sup>265</sup> ab ducibus nostris Q. Caepione et M. Manlio male pugnatum: quo metu<sup>266</sup> Italia omnis contremuit. Illique et inde usque ad nostram memoriam Romani sic habuere, alia omnia virtuti suae prona esse, cum Gallis pro salute, non pro gloria certari. Sed postquam bellum in Numidia confectum et Iugurtham Romam victum adduci nuntiatum est, Marius consul absens factus est et ei decreta provincia Gallia; isque Kalendis Ianuariis magna gloria consul<sup>267</sup> triumphavit. Et ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae.

<sup>264</sup> *traditur.* A fines del año 105 a. J. C. La guerra había durado siete años.

<sup>265</sup> *Gallos.* Los Cimbrios, que en 6 de octubre del año 105, derrotaron cerca de Arausio a los jefes nombrados en el texto.

<sup>266</sup> *quo metu:* "cuius rei metu".

<sup>267</sup> *consul.* El triunfo no se concedía hasta el término del mando militar o proconsular.

# INDICE

	<i>Págs.</i>
Prólogo .....	7-8
SECCION PRIMERA:	
NARRATIONES. ....	11-25
SECCION SEGUNDA:	
Lhomond: DE VIRIS ILLUSTRIBUS URBIS ROMAE .....	27-55
SECCION TERCERA:	
Cayo Julio César: Noticia preliminar .....	59-61
DE BELLO GALLICO .....	62-117
SECCION CUARTA:	
Marco Tulio Cicerón: Noticia preliminar .....	121-125
EXTRACTOS DE LAS OBRAS FILOSÓFICAS. ....	126-159
ORATIO PRIMA IN CATILINAM.	
Noticia preliminar. ....	160-162
Texto. ....	163-182
EPISTULAE SELECTAE.	
Noticia preliminar. ....	183-184
Texto. ....	185-208
SECCION QUINTA:	
Cayo Salustio Crispo. Noticia preliminar. ....	211-213
BELLUM CATILINAE. ....	214-239
BELLUM IUGURTHINUM .....	240-271

## OBRAS DEL AUTOR

1. *Documentos pontificios en papiro de archivos catalanes.*—Madrid, Fortanet, 1918.
2. *Estudios paleográficos: Un códice notable de los "Libros morales" de San Gregorio Magno sobre Job.*—Un documento opistógrafo del siglo XI.—Madrid, Imprenta Helénica, 1918.
3. *Feijóo y Mayans.*—Madrid, Hernando, 1923.
4. *La biblioteca de Gonzalo Argote de Molina.*—Madrid, Hernando, 1923.
5. *Los incunables de la Biblioteca Universitaria de La Plata.*—Buenos Aires, "Comercio", 1924.
6. *De paleografía visigótica. A propósito del "Codex Toletanus".*—Madrid, Hernando, 1925.
7. *El Códice Toledano 33,2 y el Emilianense 47.*—Madrid, Hernando, 1925.
8. *El siglo XVIII español y los intentos de formación de un "Corpus" diplomático.*—Madrid, Imp. Municipal, 1925.
9. *Cicerón. Cuestiones académicas.*—Traducción.—Madrid, Calpe, 1919.
10. *Feijóo. Teatro crítico universal.*—Madrid, Clásicos castellanos de "La Lectura", 1923-1926.
11. *Idem. Cartas eruditas.*—Edición y notas.—Madrid, "La Lectura", 1929.

12. *La Cancillería real en Castilla y León hasta fines del reinado de Fernando III.*—Madrid, Tip. de Archivos, 1926.
13. *Índice y extractos del “Libro horadado” del Concejo madrileño, (Siglos XV-XVI).*—Madrid, Imp. Municipal, 1927.
14. *El “Libro de privilegios” de los jurados toledanos.*—Madrid, Tip. de Archivos, 1928.
15. *Índice y extracto de los libros de “Cédulas y Provisiones” del Archivo Municipal de Madrid. (Siglos XV-XVI)*—Madrid, Imp. Municipal, 1929.
16. *Paleografía española. Ensayo de una historia de la escritura en España entre los siglos VIII y XVII.*—Madrid-Barcelona, Ed. “Labor”, 1929.
17. *Fray Gonzalo de Ocaña, escritor del siglo XV.*—Madrid, Sáez Hermanos, 1931.
18. *Contribución al “Corpus” de Códices visigóticos.*—Madrid, Tip. de Archivos, 1931.
19. *Libros de Acuerdos del Concejo madrileño.*—Tomo I. 1464-1485.—Madrid, Imp. Municipal, 1932. (En colaboración con J. Artiles.)
20. *Coilección de documentos del Archivo Municipal de Madrid.* Tomo I. Segunda serie.—Madrid, Imp. Municipal, 1932. (En colaboración con E. Varela.)
21. *Fuero de Madrid.* Reproducción en facsímil y transcripción. Prólogo de Galo Sánchez.—Madrid, Imp. Municipal, 1932.
22. *Ensayo de una bio-bibliografía de escritores naturales de las Islas Canarias (Siglos XVI-XVIII).*—Madrid, Tip. Archivos, 1932. (Obra premiada por la Biblioteca Nacional de Madrid.)
23. *Tratado de Paleografía Española.* Segunda edición, corregida y aumentada.—Madrid, Hernando, 1932. (Premio Fastenraht de la Academia Española.)

24. *Notas bibliográficas acerca de Archivos Españoles.*—Madrid, Sáez Hermanos, 1935.
25. *Los códices visigóticos de la biblioteca capitular de Toledo. Cuestiones cronológicas y de procedencia.* Madrid, Hernando, 1935. (Discurso de ingreso a la Academia de la Historia.)
25. *Gramática elemental de la lengua latina.*—Madrid, Gráficas Uguina, 1936. (En colaboración con A. Gómez Iglesias.)
26. *Antología latina.*—Valencia, Ricardo Noguera, 1937.
27. *Nuevos estudios de paleografía española.*—México, La Casa de España, 1941.
28. *Gramática elemental de la lengua latina.*—México, La Casa de España, 1941.

